

do aduersus Ecclesiam sœuiens
maximam excitabit persecutio-
nem. *Percutiam*, inquit, *arcum,*
tuum in manu sinistra tua: & sa-
gittas tuas de manu dextera tua
eijciam. cap. 39. hoc est omnem
potentiam tuam labefactabo, &
penitus euertam. Solent sagit-
tarij arcum sinistra manu tene-
re, sagittas verò dextera. quod
si illis arcum auferas, & sagittas,
totam illis auferes potestatem.
Impij verò quoniam cogita-
tionibus suis nihil aliud quam
perniciem, & interitū Dei ser-
uis moliuntur, solent sagittarijs
comparari iuxta id, quod dici-
tur in Psalmo 10. *Quoniam ec-*
ce peccatores intenderunt arcum,
parauerunt sagittas suas in phare-
tra, ut sagittent in obscuro rectos
corde. à quibus tamen sagittis
liberatus est Sebastianus, qui p-
pè qui dexteræ Dei virtute cu-
ius erat & filius, scutoque fidei,
cui firmissime inhærebat, om-
nia nequissimi tela ignea extin-
guente protegebatur. Hinc est,
quod cum illum impij sagittis
confossum, lignoque alligatum,
quod mortuum iam crederet,
reliquissent, diuina tamen vir-
tute in martyre operante, à pia
fœmina domi exceptus, & cu-

ratus, in pristinam est restitutus
sanitatem, tum vt posset cum
Psalmista admirabilem dexte-
ræ Dei potentiam prædicare,
dicens, *Dextera Domini fecit vir-*
tutem non moriar, sed vivam, &
narrabo opera Domini: tum etiā
vt tyranni impietatem secun-
dò increparet; itaque illi obuiā
factus, eius tyrannidem liberius
accusauit; cuius aspectu cum il-
le primum obstupuisse quod
mortuum crederet, rei nouita-
te, & acri Sebastiani increpa-
tione excādescens eum tandem
virgis cædi imperauit, donec
animam exhalaret.

Solus inter Martyres beatifi- 18.
simus Sebastianus, bis martyr
dici posse videtur: primo enim
sagittis confossum ad extremum
vitæ halitum ita pugnauit, vt
etiam ab ijs, qui eum confixe-
rāt, mortuus crederetur; quod
enim postea in pristinam resti-
tutus est sanitatem, & vitam,
id non medicamentorum vir-
tute, vel naturæ viribus factum
fuisse crediderim, sed Dei dono
potius, vt eidem sanctus mar-
tyr secundam posset vitam in
sacrificium offerre.

Est & aliud huic sancto mar-
tyri non mediocre inter alios

Annotationes in Euangelium

sanctos priuilegium , & enco- mata Domini IESV in corpo-
mium : nam cum alios soleat re meo porto . Scitis autem, stig-
mata, quandam esse notā alicui
mater Ecclesia in Sanctorum
numerū referre, solus bis mar-
tyr Sebastianus (liceat sic illum
appellare) ab ipso Deo Optimo
Maximo in eorundem sancto-
rum Martyrum numerum re-
latus est : grassante enim in Ita-
lia grauissimo pestilentiae mor-
bo, coidām viro sanctissimo re-
uelatum est, vt in honorem bea-
ti Sebastiani extrueretur ara, in
qua oblato missæ sacrificio om-
nipotenti Deo , sperarent fore
vt Sebastiani meritis, morbi ig-
nis penit'extingueretur . Quod
cum fieret , malum cessauit, si-
mulque factum est, vt sanctus
Christi martyr eius morbi ex-
terminator , Deo ordinante , à
cunctis eiusdem Christi fidel-
ibus haberetur . Gloriabatur A-
postolus ad Galatas cap.6. quod
Lat. 6. stigmata Christi Domini in cor-
pore portaret . Ego, inquit, stig-

mata Domini IESV in corpo-
re meo porto . Scitis autem, stig-
mata, quandam esse notā alicui
impressam cum ferro canden-
ti, veluti cum seruus à Domino
signatur in facie, vt nullus eum
sibi vendicet ; Apostolus ergo
ait se stigmata Domini porta-
re, quasi insignitus sit, vt seruus
Iesu Christi, & hoc quia porta-
bat insignia passionis ipsius, pa-
tiens pro eo, vt exponit Diuus
Thomas, multas tribulationes
in corpore suo . Qua ratione
sanctus martyr potest non mi-
nus in Domino gloriari, quippe
qui pro eo multa passus, vulne-
rum, verberumque stigmata in
corpore suo portauerit , quæ
eidem Christo , pro nobis po-
stulans, ostendere potest, vt fa-
cilius , & libentius nobis ab eo
corporis sanitatem , peccatorū
missionem, gratiam in præse-
ti , & gloriam in futuro conse-
qui mereatur.



A N N O T A T I O N E S
I N E V A N G E L I V M
Lucæ cap. 2.

*Postquam impleti sunt dies purgationis Mariae
secundum legem Moysi, &c.*

Primum meminisse oportet duas leges, quæ ad intelligentiam præsætis mysterij maxime conducunt. Prior est de primogenitis Exodi cap. 13. quæ sic habet. *Sanctifica omne primogenitum, quod aperit vulnus in filiis Israel; id, quod infra magis declarans ait. Cumque introduxerit te Dominus in terram Canaanæ, &c. Separabis omne, quod aperit vulnus Domino. & infrà. omne primogenitum hominis de filiis tuis pretio redimes. Pretium vero explicatur Numer. 18. his verbis. Redemptio erit post unum mensem sicutis argenti quinque pondere sanctuarij. Posterior vero lex habetur Leuitici 12. quæ ad omnes filios pertinet. Mulier, inquit, si susceptra semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis me-*

struæ, & die octauo circuncidetur infantulus: ipsa vero trigesimæ tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ; cumque expleti fuerint dies purificationis suæ, profilio siue pro filia deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue turturam pro peccato. Quod si non inuenierit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccato, orabitque pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

Quod attinet ad priorem legem, non couenit inter doctores quomodo intelligendum sit primogenitum aperire vulnus: quidam enim sic legis verba exponenda censent, ut velint verbum illud, qui aperit vulnus, additum esse à Spiritu Sancto proper Christum, ne verbis huius

Annotationes in Evangelium

legis comprehendetur, quia aperire vuluam propriè significat more consueto nasci, vias, & meatus generationis aperiendo; quam expositionem indicare videtur Cyril. Hierosolymi.

Cyril.
Alex. canus homil. de occurso Domini dicens. *Samuel quidē, & Isaac, Jacob, Ioseph, & alij multi, qui præter spem nati sunt ex sterilibus, & aperuerūt infertiles vulnas matrum, sancti Domino vocati sunt: Christus autem solus ex solo unigenitus cum virginales portas non aperuisset, non est sanctus Dominus, sed sanctus sanctorum, & Dominus dominorum, & deorum Deus, & primogenitus primogenitorum, & rex regnantium & vocabitur, & credetur, & nunc in templo à Simeone prædicabitur.*

Alij alium dicendi modum tenuerunt; & verbum illud, qui aperit vuluā, non in ea proprietate, & quasi materiali significazione sumunt, ut videlicet necessarium fuerit ad obligationē legis fieri apertōnē vuluā ex filij natuitate, exponentesque legē dicunt nihil aliud esse aperire vuluam, quam primō exire per vuluam: quomodo filius dicitur primogenitus, quia primō per vuluam exiit, siue eam rup-

erit nascendo, siue non. & iuxta hunc dicendi modum, Christus erit primogenitus ad aperiens vuluam, verbisque ipsius legis comprehendetur, quanuis lege non obligetur cum Deus sit, & absque virili semine de Spiritu Sancto conceptus. Hi vero duo dicendi modi probabiles sunt.

Cæterum ad simpliciorem verborūm huius legis expositionem notandum est ex divina scriptura, claudere vuluā significare infæcunditatē alicuius fœminæ. Vnde cum de aliqua dicitur, Dominus clausit vuluā eius, propriè significatur Deum eam, de qua est sermo in facundam, atque sterilem reddidisse. Patet ex Genes. 20. ubi dicitur, *concluserat Dominus omnem vuluā domus Abimelech propter Sarah uxorem Abraham. & i. Reg. 1. de Anna uxore Alcana dicitur. Dominus autem concluserat vuluā eius. Hoc est, infæcundam eam fecerat, atque sterile. Igitur è contrario aperire vuluā, significabit conferre aliqui fæcunditatem. In quo sensu exponendi sunt sancti, qui dicunt Christum aperuisse vuluā matris. Hęc expositio destumpta*

Gen.
1. Reg.

10.

1. Reg.

1.

Reg.

1.

Reg.

1.

Reg.

1.

Reg.

1.

Reg.

1.

Reg.

Hier. est ex D. Hieronymo dialog. 2. contra Pelagianos cum sic ait. Solus Christus clausas portas vulna Virginalis aperuit, quæ tamē clausæ rugiter permanserunt. quasi diceretur, aperuisse Christum sepulchrum suum, clausum reliquendo, quia ita illo clauso Iesus est, ac si esset apertum. sic etiam Euthymius. Ioh. Lucæ 2. Solus, inquit, Christus nō dum apertam, supernaturaliter aperuit, & clausam naturaliter consecravit. sic & beatus Ambrosius epistola 81. ita dicit Christum ex ijsle de vtero Virginis, sicut aqua exiuit de petra.

Quod verō attinget ad posteriorem legem, fuit ferè omnium Patrum, qui eam explicaverunt concors sententia, non absque mysterio, & speciali Spiritus Sancti prouidentia additū fuisse in ea verbum illud, suscep-to semine, ut indicaretur hac lege non esse comprehendendā illam mulierem, quæ absque suscepto semine masculū pareret. Vnde Theophilactus Lucæ. 2. Bene, inquit, dictum est, secundū legem Moysi: nam secundum veritatem nulla necessitate astrin-gebatur; dictum enim est in lege, mulier, quæ suscepto semine con-cepitur.

His ita prælibatis investigan-di iam erit causa, cb quam beata Virgo Maria purificationis legem, à qua erat exempta, voluerit obseruare? variæ à doctribus assignantur rationes, inter quas non sunt contemnēdæ, quæ afferuntur à D. Thoma 3. p. q. 47. art. 4. vbi sic ait. Diuus Sicut plenitudo gratiæ à Christo de Tho. riuitur in matrem; ita decuit ut mater humilitati filij conformaretur: humilibus enim Deus dat gratiam, ut dicitur Iacobi. 4. Et ideo sicut Christus licet non esset legi obnoxius, voluit tamen circu-cisionem, & alia legis onera subi-re, ad demonstrandum humilitatis, & obedientiæ exemplum, & ut ap-probaret legem, & ut calumniæ oc-cazionem tolleret Iudeis: propter easdem rationes voluit & matrē suam implere legis obseruantias, quibus tamen obnoxia non erat. Vbi iam vides ex sententia D. Thomæ beatam Virginē hanc legem obseruasse nō quod teneretur, sed propter assignatas rationes. Vnde beatus Bernar-dus sermone 3. de Purificatione sic eam alloquitur. Esto itaque ô beata Virgo inter mulieres tanquam ña earum: nam & filius tuus sic est in numero puerorum.

Et

Annotationes in Euangelium

Et re vera maximè decuit beatissimam Virginem Purificationis legem obseruare, sicut & filios eius vnigenitus voluit etiam præsentari, legique subditum fieri nobis reliquens exemplum, ut sequamur vestigia eius, qui cum peccatum non fecerit, circuncidi tamen voluit sicut filius Abrahæ, & præsentari sicut unus ex populo. Unde beatus Bernardus in paruis sermonibus sermone 7. quid est, inquit, quod dicimus beatam Virginem purificari? quid vero quod ipsum Iesum dicimus circuncidi? enim vero tam non indigit illa purificatione, quam nec ille circuncisione. Nobis ergo & ille circunciditur, & illa purificatur, præbēs exemplum pœnitentibus, ut à vi-tijs continentis, primum per ipsam continentiam circuncidantur, deinde à commissis per pœnitentiam purificantur.

Videte adhuc quam verum sit, quod nobis puer Iesus circunciditur, & præsentatur, sicut & mater eius benedicta nobis etiā purificantur. Audite super hac re Amb. Ambrosium Ansbertum in sermonibus de Virginis purificatione. Legem, inquit, communem obseruans, expectauit purgationis diē,

celauit filij maiestatem. Hinc etiā cum in templo duodecim annorum Iesum inter doctores legis inuenit, filium Ioseph vocat dicens. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce patertuum, & ego dolentes quærebamus te. Sed cur abscondit conceptionis, ac natuitatis illius sacramentum, quæ nouit Deum immensum? sciebat ita tunc gratia plena spiritu diuinitatis afflata, quia si hunc principes huius saeculi agnouissent, nunquam pro salute nostra crucifixisset. Sciebat ex Esaiæ vaticinio nobis natum, nobisque datum esse à Patre filium Iesum, quem admodum cœlestis spiritus in ipsa natuitatis nocte pastoribus annuntiauerat dicens. Ecce annuntio vobis gaudium magnum; natus est vobis hodie Saluator, &c. Nouerat foret puer Iesus, qui hodierna die præsentabatur in templo quinque sicutis redimendus, aliquando in ara Crucis totius populi peccata deleret, nō quinq; sicutis solutis, sed quinque vulneribus acceptis; ideoque diem expectans purgationis, templū ingressa celat filij maiestatem. Quid hoc agis beatissima Virgo? Sic cine vnigenitum Dei patris puerū Iesum occultare voluisti, ut postea Iude proditioni, Iudzo-

Iudæorumque insidijs, morte
turpisima damnandus pateret?
maternæ pietatis est filios ini-
micorum insidijs, ne pateant,
occultare; extremæ verò & in-
auditæ crudelitatis eosdē pro-
dere ut occidantur.

Hoc tantum deerat Mariæ
pietati, ut in operibus etiam mi-
sericordiæ erga nos miseros, cō-
formaretur Deo Patri; verè pia,
verè misericors: sicut enim De⁹,
pater misericordiarum, & Deus
totius consolationis potuit ap-
pellari, quia ut seruum redime-
ret, filium tradidit, sic ipsa Dei
genitrix mater gratiæ, materq;
misericordiæ vocatur non solū
quia Dei filium peperit, à quo
accepimus misericordiam, &
gratiam adoptionis filiorū Dei,
sed quia nos metipsoſ Dei filios
ita cum Deo Patre dilexit, ut
pueri Iesu conceptionem, & na-
tivitatem celando, cum eodem
patre eius vnigenitum poneret
in ruinā, sicut Simeon prophe-
tauerat, & resurrectionem mul-
torum; in ruinam quidem eorū
à quibus Dominus Iesus erat
occidendus, in resurrectionem
verò eorum à quibus integra
erat fide recipiēdus, perfectaq;
ac sincera charitate diligendus.

Præsentetur ergo Virginis fi-
lius secundum legem Moysi in
templo non sibi, sed nobis; pu-
rificetur etiam Dei mater secū-
duim eandem legem Moysi, vt
non solum sit verum iuxta Isaię
prophetiam quod filius datus
est nobis, sed & verè quoque
dicere possumus quod filius Vir-
ginis cum Virgine matre datus
est nobis.

Vt autem appareat quātum
beatæ Virgini debeamus, no-
tandum est eam humanæ salu-
tis necessitatē præposuisse tē-
porali vitæ Iesu filij sui dilectissimi.
Vnde beatus Ambrosius Ambr
agens de Virgine matre cum
iuxta crucem staret, filiumque
morientē videret, spectabat, ait,
non filij mortem, sed mundi salutē;
quibus verbis insinuat sanctus
doctor Deigenitricē mundi sa-
lutem, vnigeniti filij morti præ-
tulisse. Qua etiam in re, ut pa-
tet; matrem se potius exhibuit
misericordiæ, quam filij. Qua
fortè ratione idem filius tunc
temporis non eam matrem, sed
potius mulierem non sine my-
sterio appellavit, dicens. *Mulier ecce filius tuus, dilectum discipu-*
^{Ioan.}
lum ostendens; quam philoso-
phandi rationē didici ex beato

Am-

Annotationes in Euangelium

Amb^r Ambrosio lib. 10. epistol. 82. in fine, testabatur, inquit, de crucē Christus, & inter marrem, & discipulum diuidebat pietatis officiū. Vbi vides Dominum nostrum Iesum Christum pietatē in Virgine matre stante iuxtra crucē non solum approbasse, sed eius quoque officia eidem Virginī testamento reliquisse. Et quidē nihil in illa hora magis piūm pie matri, quam miseris, & perditis filijs eam negotiari salutem, pro qua & filium sciebat de cruce pendere, & patrem eidem proprio filio nō pepercisse, sed pro nobis miseris eundem in mortem tradidisse.

Lyra- Scio Lyranum longe aliter
nus. prædicta Christi Domini verba exposuisse: ait enim ideo tunc temporis Dominum Iesum matris appellationē vitasse, ne Virginem amplius commoueret; vel certè sicut Christus se vocabat filium hominis, ita Virginem per antonomasiā, mulierem appellauit, ut eam esse indicaret, mulierē illam per quā damna primæ mulieris essent penitus instauranda. Vel illam, de qua Salomon dixerat, mulierem fortem quis inueniet? procul, & de ultimis finibus pretium eius:

adeò enim Virgo mater se exhibuit fortem iuxta crucem, vt beatus Ioannes Euangelista nō sine mysterio dixisse videatur, *Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius.* quasi diceret cū mater eius esset, & vnigenitū, quē p̄æ omnibus diligebat moriētem videret, ita fortis, & constans erat, vt nihilominus staret; doloris quidē gladius ipsius animam pertransierat, ipsa tamen stabat, videlicet in fide constans, firma in spe, in patientia immobilis, multū quidē de filij passione dolens, plus tamen, sicut & ipse filius, de mūdi redēptione gaudens: non enim tam attēdebat quod filius eius moriebatur, quam quod pro mundi salute voluntarie æterno Patri in sacrificium offerebatur. Hac de causa Virgo mater iuxta crucem stabat.

Eādem igitur constantia, & fide iam hodie templum ingreditur cum puerō I E S V, vt secūdum legem sisteret eum Dominō celans eius diuinam maiestatem, quem iam tunc p̄ævidebat, crucis postea supplicia subiturum.

(?.)

Homo

*Homo erat in Hierusalē
cui nomen Simeon, iu-
stus, & timoratus, &
expectans consolationē
Israel, &c.*

ce. Hinc est quod iustus Simeō,
& timoratus rationē reddit cō-
sequendæ pacis dicens. *Quia di-
derunt oculi mei salutare tuū;* hoc
est, cōmunem Saluatorem, quē
expectabam ad Israel consola-
tionem, me is oculis ipse met vi-
di; id eoque postulo in pace de-
mitti, quia non meam tantum
modò, sed populi mei expecta-
ui consolationem, quam quidē
tu Domine pater misericordia-
rum, & Deus totius consolatio-
nis, non vni tantum, vel alteri
populo, sed in vniuersum om-
nibus hominibus, & gentibus
parare volvisti; & hoc est,
quod sequitur, iuxta expositio-
nem prædictam, quod parasti an-
te faciem omnium populorum, &c.

*Quæ etiam fuit causa cur apud Zach.
Zachariā cap. 13. fons non sig- 13.
natus, sed patens appellaretur.
In die illa erit fons patens domui
David, & habitantibus Hierusa-
lem, in ablutionem peccatoris, &
menstruatae. Hinc est quod spon-
sus ipse diuinus Cant. 2. florem
se non horti conclusi, sed campi Cant.
omnibus patentis, lilym q; cō-
ualium appellavit. Ego flos cam-
pi, & lilym conuallium; flos enim
campi, ut notauit Beda non pau-
cis tantū, ut flos horti, sed vni-
uersis*

*P*raeuiderat iustus, & timo-
ratus senex prædictā Vir-
ginis pietatem, puerique Iesu
infinitam in homines charitatē,
ideoq; postulat in pace demit-
ti, sciens & sibi iam pacem, &
Israeli consolationem adesse:
ideo enim iustus, ideo timora-
tus ab Euangelista prædicatur,
quia non suam ipsius tantum,
sed totius populi consolationē
expectabat. Et bene cum esset
iustus, & timoratus, populique
expectaret consolationem po-
stulat in pace demitti, qua sanē
carent, qui querunt, quæ sua sūt
non quæ Iesu Christi. Hi enim ne-
quaquam possunt in pace viue-
re ne dum mori. Vnde beatus
Benedictus monachorum pater
cum vellet sui ordinis alumnos
pacis instruere præceptis, nemō,
inquit, quod sibi vtile iudicauerit
querat, sed quod magis alteri. &
iterum instruens prælatos ait.
non plus unus ameritur quam aliis,
& sic omnia membra erunt in pa-

Annotationes in Euangelium

uersis pater, suumq; odorem, &
pulchritudinē omnibus, qui ac-
cedere voluerint, impertitur:
eodem prolsus modo Saluator
noster propter vniuersos venit
in mundum; quare & angeli in
natiuitate ipsius non populo Is-
raelitico solum, sed omnibus in
vniuersum pacem annuntiātes,
Luc. 2 dicunt, *Gloria in altissimis Deo,*
& in terra pax hominibus bonae
voluntatis.

7. Ne tamen aliquis putaret flo-
rem hunc, cū sit in campo, atq;
omnibus patēs, sine labore esse
colligendum, ac proinde huius-
modi pace frui nos posse sine ali-
quo bello, notauit beatus Ber-
nardus hoc loco sponsū in præ-
dictis verbis spōsam suam, hoc
est Ecclesiam inuitasse ad cam-
pum, hoc est in certamen eam
puocasse, proposuisseq; se ipsū,
vel exemplum, vel prēmiū. *Ego,*
inquit, flos cāpi, quasi dicat, qui
diligit me veniat in campū, non
refugiat mecū, & pro me inire
certamen. Audi Bernardū. Non

patienti, & prēmium patientis.
Denique Bernardus existimat
Christū appellare se florem cā-
pi, tum quia exemplo suo in cā-
po est ad Ecclesiam in certamē
quoque incitandam; tum quia
fortiter dimicantibus est tan-
quam prēmium in campo, flos
scilicet pulcherrimus, quo, qui
vicerit, quamprimum sit glo-
riosè coronandus. Quod enim
Christo tanquam flore coronē-
tur Christi milites docuit Ter-
tullianus in libro de corona mi-
litum sub his verbis. *Quid tibi cū*
flore morituro? habes florem ex
Virga Ieſe, super quem tota ſpiri-
tus diuini gratia requieuit. florem
incorruptum, immarcessibile, ſem-
piternum.

Ex hoc nimirum flore illud
con texitur ſertū, vel, ut verius
loquar, flos iſte ſertum illud est,
quo Eſaiæ cap. 28. Deus vult
nos exornari. *In die illa, ait, erit*
Dominus exercitiū corona gloria,
& ſertum exultationis refidio po-
pulifui. Bene igitur iustus Si-
meon, & timoratus ſenex, cum
hanc in templo gloriae coronā
præ manibus haberet, hoc est,
cum puerum Iefum de manu
Virginis in vlnas suas accepis-
set, eius ſuauissimi odoris flag-
gran-

Bern. putat, inquit, quidquam persuasi-
bilius fore ſponsæ ad ineundum cer-
tamen, quam ifiſe ipſum certantib;
aut exemplum proponat, aut prē-
mium. *Ego flos campi. Verumque*
es mihi Domine Iefu; & ſpeculum

grantia recreatus, tāquam sibi, ab Isaia festum exultationis ex-optans eodem coronari desiderat, ac petit ut iā in pace requiescat, qui toto vitæ cursu cum vi-tijs descēderat in singulare certamen, inuitatus, iuxta exposi-tionem Bernardi, ab eo, qui di-xerat, *Ego flos campi, & lily conuallium;* & hoc est, quod Euā gelista de Simeone ait, *expectās consolationem Israel,* huius nim-rum floris germinationem, & ortum ex Virgine Maria; ipsa enim fuit campus, ut expendit beatus Bernardus in hunc locū nec sulcatus vomere, nec defos-sus sarculo, nec manu hominis seminatus; venustatus tamē no-bili illo flore, super quem con-stat requieuisse spiritum Domini (quæ est altera huius loci cō-sideratio desumpta ex Bernar-do) neque enim sponsus se florē horti appellavit, quia hortus ut floreat, hominum manu, & arte excolitur: campus verò ex se-metipso producit florem absq; humanæ diligentiae adiutorio: sic Virgo mater florem Iesum sola Spiritus Sancti obumbra-tione concepit, & peperit, ro-rantibus desuper cœlis, ut nu-bes facerèt Virginis terram hu-

iusti modi florem, hoc est Salua-torem nostrum, florem campi, diuinitus germinare.

Cæterū quia Simeon in suo cā-tico puerum Iesum, scu, ut ipse locutus est, salutare Dei, gentiū illuminationem, & gloriā Israe-litici populi futurū esse prædi-xit, euenerint ne hæc omnia si-cut ipse cecinit videam⁹. Quod attinet ad primum notandū est Dei filiū, quē Pater pro huma-na salute misit in mundum, tum apud prophetas, tum à sacrī do-ctoribus, salutare Dei appellari; quē loquendi modū usurpauit Regius vates in Psal. 85. vbi p-millum Saluatorē à patre po-stulās in salutē humani generis, Ostende, inquit, nobis Domine mi-sericordiam tuam, & salutare tuū da nobis. Quo loco obiter notā-dum est, mundi salutem nobis à Deo ex sola ipsius misericordia fuisse concessā: non enim ex ope-ribus iustitiae, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam sal-uos nos fecit. Quamobrem non iustitiam Propheta Dei filium, sed misericordiam vocat dicēs, Ostende nobis Domine misericor-diam tuā, & salutare tuū da nobis.

Esaias quoque cap. 62. ven-tutum Messiam Dei salutare, Ef. 62
scu

Annotationes in Euangeliū

seu quod est idem, Saluatorem appellauit. Propter Sion, inquit, non tacebo, propter Hierusalē non quiescam, donec egrediatur ut splēdor iustus eius, & saluator eius ut lampas accendatur. Vbi non solum Dei filium, quem sperabat Saluatorem appellauit, sed eundem de Virginis vtero egressum esse prædictit quemadmodum egreditur splendor, & lux de corpore luminoso, eiusdēq; incarnationem, & nativitatem futuram veluti quandam lampadis accensionē ad orbis terrarum tenebras depellendas; id quod maximē conducit ad præsens institutum, & mysterium, concinit enim id, quod hic Simeon de Saluatore prædixit, eum videlicet futurum lumen ad reuelationem gentium. De incarnatione divini Verbi inteligit prædictū Esaię locum Cy-

Cyril. rillus Alex. libr. 10. in Esaiam.

Alex. *Salutare*, inquit, *Dei quid aliud quam verbum patris*, qui ob salutem humani generis carnem absūpsit? Itaque per Esaiam ait. Videbūt gentes iustitiam meam, & salutare meum sicut lampas accendetur. sunt qui legant ex hebræo, donec egrediatur sicut fulmen iustus meus; id que nōa siue mysterio,

vt virginitas sanctissimæ Dei paræ ostendatur: fulmen enim integra, & omnino illæsa relinquit ea, in quibus nihil reperit, quod resistat; unde integra vagina gladium destruit. Sic igitur Christus quasi fulmen ex Virginis vtero prodijt, quoniam integrum, & illæsam eius virginitatem seruavit. Quo videtur Simeon spectasse cum puerom Iesum lumen appellauit, divino (ut creditor) spiritu afflatus, vt impiorum linguam frenaret, hæreticorumq; ora concludebat, qui videntes puerum Iesum sicut vñū ex filijs Abrahæ fuisse octauo die circuncisum, & quadragesimo in templo præsentatum, beatissimamq; eos matrem purificationis legem similiter obseruasse, dicturi erāt nec matrem, nec filium à ceteris aliquid distare; cui blasphemiae occurrit Simeon dicens Dei salutare, hoc est puerum Iesum, quæ manibus gestabat, lumē esse ad reuelationē gentiū: sicut enim lumē, seu splēdor ex Sole absq; vlla corporis solaris corruptione prodit, & sicut lampas ex admoto igne absque vlla luminis, quod in igne est iactura, detruitovē acceditur, ita Christus ex

ex Virginie instar splendoris cōseruat i Virginis integritate ort⁹ est; & instar lāpadis absque ullo virginei splendoris detrimento, virtute altissimi accēs⁹ apparuit: ut Christi ortus ex virginie, nihil aliud quā quādā ex incorrupto Sole splendoris emissio, & purissima lāpadis accēsio censeatur.

Vbi notandū est temporalem Christi generationē ex Virginie, similitudinē habere cū ortu eius dē ab æterno Patre; id, quod in maximā Virginis gloriā cedit: nā filius Dei etiā à Patre instar splendoris prodijſſe dicitur ab Apostolo ad Hebr. 1. vbi eū splēdorē gloriæ Patris appellauit. Cū, inquit, sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, &c. Vbi splēdor non solū consubstantialitatē, & coæternitatē verbi cū pater significat, ut voluit B. Athanasius oration. 2. contra Arrianos, & serm. 4. contra eosdem, & alij, sed etiam infinitam illam puritatē, & pulchritudinē, qua per æternam generationē exit à Patre. Quam ob causam Sap. cap. 7. dicitur candor lucis æternæ, cum sic legimus de sapientia increata. Emanatio quādā est claritatis omnipotentis Dei syncera, & ideo nihil inquinatum in cā

incurrit: candor est enim lucis æternæ, & speculū sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Sic igitur idem Dei filius etiam ex Virginie tanquam splendor summa puritate exortus est. Ac cedit ratio Athanasij in epistola de decretis synodi Nicenæ, quæ talis est. *Quemadmodum Sol idem manens, non minuitur radijs ab ipso effusis, ita nec substantia Patris mutationem perpeſſa est, cū habeat suam ipsius imaginem filium.* Quo eodem ferme modo Virgo mater evndem Dei filii Iesum edidit, ac si emitteret splendorem, hoc est nullā patiens integratatis, puritatisvè iacturā virginalis. Hoç autem mysterium cum fuisset à Deo reuelatū Simeoni exponenti locum illum Esaiæ, *Ecce Virgo concipiet, & pariet, &c.* Eidemq; promissum quod non videret mortem priusquam illū Virginis filium videret; hodie illum ab eādem Virginie mātre in templo accipiēs in vlnas ait. *Viderunt oculi mei salutare tuum;* tunc verò iam voti cōpos, mysterijque memor, eleganti apōpositione addit, *lumen ad reuelationem gentium;* &c. Id, quod iam, sicut superius promisimus, ostendemus.

Athanasius

Esai.

Annotationes in Euangelium

Primô igitur notandum est
hanc diuini luminais misericor-
diā, & beneficiū erga gentiles,
prædictum fuisse ab Esaia c. 60.
Esaias. 60. vbi sic legimus. Ambulabunt gē-
tes in lumine tuo, &c. dixerat
Propheta paulo superiū, surge
illuminare Hierusalem, quia ve-
nit lumen tuum, & gloria Domini
super te ortus est. Vbi loquitur de
natiuitate Christi tēporali, quē
appellat lumen, & gloriā Hie-
rusalem; quo lumine cum gen-
tium quoque populom illumi-
nandū præuideret, subdit. Am-
bulabunt gentes in lumine tuo, &
reges in splendore ortus tui. Quo
etiam respexit Simeon cū dixit,
Lumen ad revelationem gentium.
Leop. Vnde Leo Papa serm. 1. de ie-
junio decimi mensis in eandem
sententiā sic ait. Causa autem re-
parationis nostræ, non est nisi mi-
sericordia D:i, quem non diligere-
mus, nisi ipse prior diligeret nos, &
tenebras ignoratiæ nostræ, sive ve-
ritatis luce discuteret: quod per san-
Et. 4^o etum Esaiam Dominus denuntiā-
vit, & ducam cæcos in viam, quā
ignorabant, & semitas, quas nescie-
bant faciem illos calcare: faciā
illis tenebras in luce, & praua in-
directa. Quem locum sic inter-
pretatus Procopius. ducā natio-
nes infidelium, qui antea cæci erāt,
in viam euangelicam, de qua nul-
los habuere prophetas, nullaque
promissa; & in semitis, quas nescie-
bant ambulare eos faciam. id est in
scripturis Prophetarum, quae non
erant apud illos, sed apud Iudeos:
nam Dominus ait, ego sum via, &
semitas appellat lucem scripturarū.
Hæc Procopius.

Fuit autem hæc gētium illu-
minatio res quedā admirabilis, 11.
opusq; solius omnipotentiæ di-
uinæ: fecit enim Deus potentia
in brachio suo, vt redēptionis
opus feliciter perficeretur, ma-
ximeq; vt gentium populus, qui
sedebat in tenebris, & umbra
mortis, Verbi incarnati doctri-
na, & in tenebris illuminaretur,
& de umbra mortis posset ad
gratiæ vitā perduci. Neq; aliud
significare voluit Esaias ca. 52. 11.
cum de multitudine gentiū, que
Messiam erant receptoꝝ dixit,
parauit Dominus brachium sanctū
suum in oculis omnium gentium, &
videbunt omnes fines terræ salu-
tare Dei nostri. quod, vt notauit
quidā ex recentioribus, sic trās-
ferti poterit ex hebræo. Nuda-
uit Dominus brachium sanctū suū
in oculis omnium gentium: verbū
enim hebreum, & nudare signi-
ficat,

ficat, & reuelare. Est igitur sensus, Domini brachiū, id est Christus paucis quidem Iudeis, multis tamen gentibus nudatū fuisse, hoc est cognitum, & creditū: idque fuisse opus eius diuinitatis, & potentiae, quam verbum ipsum in humanitate ostendit, ducta similitudine ab ijs, qui cū ad ostentationem virium, rem aliquam magnā aggrediorunt, brachiū nudare consueverunt: sic enim Deus cum filium factū hominem misit in mundum ad opus redēptionis perficiendum, brachium quodammodo nudauit, quoniam in eo opere ut potē diffīcillimo, infinitāvim, & potentia suam demonstravit.

Notanda est autē similitudo, & conueniētia nō parua in predictis Esaiæ verbis, cum ijs, quę protulit Simeon in suo cantico Deū allocutus; quod enim hīc cecioit de puerō Iesū, paratum videlicet fuisse à Patre lumē ad reuelationem gentiū; alijs verbis, vel potius alio verborum ordine prædixerat Propheta, eodem tamen mysterio, & sensu. Parauit, inquit, Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium; videbunt omnes fines terrae salutare Dei nostri. quod

verò in terris iam visus sit, & cū hominibus conuersatus Mesias ille, de quo Esaias dixerat, videbunt, ad confusioneū Iudeorum adhuc illum expectatiū, restatur Simeon dicens, Viderunt oculi mei salutare tuum; vt significaret puerum Iesum, quem manibus gestabat, eundē esse illum, quem Esaias in prædicto loco, venturum prædixerat, ad mundi salutem, gentiūq; illuminationem.

Ex ijs vero iam collige puerū Iesum hodie in téplo præsentatū, cæreum fuisse accensum ad illuminandū omnem hominem venientē in hunc mundū; & hēc est maxima illa misericordia, quā à Deo suscepisse fatemur in medio tépli eius. Vnde Guerri-
cus Abbas in serm. 1. de Purific. Guer-
ricus. sic omnes in vniuersum Christi
fideles exhortatur. Eia, fratres
mei, Ecce ardet cæreus in manibus
Simeonis; accendite & vos cæreos
vestros de illius mutuatione lumi-
nis; lucernas dico, quas Dñs iubet
esse in manibus vestris. Accedite
ad eum, & illuminamini, vt non
tam lucernas feratis, quām ipsi lu-
cerne sitis lucentes intus, & foris:
obis, & proximis. Sit ergo lucer-
na in corde, sit in manu, sit in ore.

Annotationes in Euangelium,

*Lucerna in corde est pietas fidei,
iuxta id, quod ait Salomon de mu-*

*Deum orietur Sol iustitiae. Vbi ser-
mo est de die iudicij, dicitur que
quod tunc temporis orietur iu-
stis Sol iustitiae, hoc est appare-
bit illis Christus, qui claritatem
dabit, & laetitiam, iustitiae, & san-
ctitati, quæ ante obscura erat la-
boribus, & calamitatibus, qui-
bus iusti affligebantur, ac si ma-
li essent. Sol itaque iustitiae dici-
tur quasi iustitiam illuminans,
& iustitiae fauens, eamque a per-
secutoribus liberans.*

12. liere forti Proverb. 3 1. non extin-

*Prou. 31. guetur in nocte lucerna eius. id est,
non deficit intentione fides eius.*

*Sit lucerna in manu, hoc est opus
bonum iuxta id, quod Christus Dns*

Luc. ait Luc. 12. sint lumbi vestri præcincti

*Eti, & lucernæ ardentes in manibus
vestris. Lucerna in ore sermo est
adificationis, de quo in Psalm. 118.
lucerna pedibus meis verbum tuum,
& lumen semitis meis.*

*Itaq; quidquid luminis in Dei
Ecclesia reperitur, siue illud in
corde, siue in manibus sit, siue
in ore, illud omne a Christo ce-
rebro accenso mutuatur: Ideo e-
nim Christus dicitur Sol, Eccle-
sia Luna, quæ lumine suum, quæ ad-
modum & stellæ omnes a sole ac-
cipit. Neq; solus Christus Sol, sed
cum epitheto Sol iustitiae appella-
tur, quia gignit in fidelibus suis
iustitiam, hoc est virtutes, quibus
& iusti nominatur, facitq; ut ger-
minet, sicut Sol gignit, & nutrit
omnia, quæ a terra oriuntur. Pre-*

*Cyril. teream, ut notauit Cyrillus, ideo
Sol iustitiae appellatur, quia deli-
ctorum frigore corruptos, spiritus
ardore ad iustitiam reficit. Quo-*

*Mal. sensu exponendum est illud Ma-
lach. 4. Vobis autem, qui timetis*

*In hanc sententiam exponit
B. Bernardus serm. 28. in Cant.
verba illa sponsæ Cant. 1. Nolite
me considerare quod fusca sim, quia
decoloravit me Sol; hoc est, nolite
me notare quasi deformem, quia
cernitis pro ingruente persecu-
tione minus florentem, minus
secundum gloriam seculi colo-
ratam. Quid exprobratis nigre-
dinem, quam fervor persecutio-
nis, non conuersationis pudor
inuexit? quasi diceret. Quanvis
modo calamitatibus afflita, ni-
gra esse videar, nolite me ante
tempus iudicare, quoad usque
veniat, oriaturque mihi Sol iu-
stitiae, iuxta Malachiæ vaticiniū,
qui & illuminabit abscondita
tenebrarum: tunc enim laus erit
unicuique a Deo.*

¶ Pro

ANNOTATIONES

IN EVANGELIVM

Matth. cap. 16.

Siquis vult venire post me, abneget semetipsum, &c.

I. **H**ier. Ria sunt, quæ nobis proponuntur. Primum abneget semetipsum; deinde tollat cruce m suam; postremò, & sequatur me. Quæ omnia beatus Hieronymus ita exponit. Qui deponit veterem hominem cū actibus suis, denegat semetipsum dicens vivo ego iam non ego, vivit verò in me Christus; tollit crucem suam, & mundo crucifigitur. Cui autem mundus crucifixus est, sequitur Dominum crucifixum.

Hyll. Primum hoc loco notanda est ex Hyllario felicitas eorum, quibus datum est, ut per crucem Christum sequantur: non enim sibi abnegatio iactura, sed lucrum maximum putandum est, & Dei beneficium. O beatum damnum, inquit, & iactura felix. ditescere nos Dominus detimento animæ, & corporis voluit, & esse sui simi-

les hortatur, quia ipse in figura De constitutus, usque ad mortem humiliis, & obediens factus, principatum potestatis totius, quæ in Deo est, accepit. Sequendus igitur est Cruce, si non sorte, attamen voluntate comitandus est.

Expende iam quam sit beatus, qui abnegat semetipsū, crucemque suam tollit Christum secutus; beatus, homo, qui corripitur à Deo. Iob. 5. verba sunt Iob. c. Eliphias ad Iob amicum suum. Caietanus ex hebreo non, beatus, sed beatitudines legit. quasi dixerit non semel dixerim felicem illum, quem Dominus corripit, sed semel, & iterum; terq; quaterq; felicem dixerim, omniaque felicitatis genera illi denuntio. Huius beatitudinis spe Apostolus ad Romanos 12. cōsolatur omnes in tribulatione ad Ro ma. 5. patientes. Spe, inquit, gaudentes,

Annotationes in Euangeliū

in tribulatione patientes. In quibus verbis vides eos, qui se abnegare nouerūt, non solum nō deficere in rerum temporaliū abnegatione, & tribulationis cruce portanda, sed sola spe beatitudinis gaudere; spe gaudentes.

Vnde idem Paulus ad Roman.

ad Ro-
ma. 5.

5. Gloriāmūr, inquit, in spe filiorum Dei: non solum autem, sed & gloriāmūr in tribulationib⁹. quare non solum est spes gloriæ, sed est quoque gloria spei, vt ipsemet Paulus loquitur ad Hebr. 3. & virtut⁹; siue spem gloriæ, siue gloriam spei videtur efficere in nobis propriæ volūtatis abnegatio, & tribulationis crux, vt Christū sequamur, quare non immetit⁹ Regius va-
tes gloriatur quod inuenierit tri-
bulationem, & angustias tole-
randas; inq; quod ab eisdem sit inuentus. Psalm. 118. tribulatio, & angustia inuenierunt me. Vbi Amb. Ambrosius. querunt tribulatio-
nes iustum, & aliquando inueniunt, aliquando non: inuenitur, cui corona debetur; non inuenitur, qui idoneus certamini non probatur. Videte quantis homo ille alias miser, & infelix, beatitudinibus cumuletur, quem tribulatio, & angustia in cruce portanda in-

uenerunt. Primum ei, ex sententia Ambrosij corona debetur: deinde spe gaudet, vt ait Paulus, in tribulatione patiens; gloriatur spe gloriæ filiorum Dei; gloriatur etiam in tribulatione. Adde, quod maius est, Christū Dominum magnificari in pa-
tientibus, & tribulatis: sic enim loquitur Apostolus ad Philipp. 1. Magnificabitur Deus in corpore meo. Hoc est, magnus habebitur. quid plura? patientia ipsa, veluti quadam nota, & stigma-
te, servi, & electi Dei discernuntur; sic enim Apostolus ad Galatas 6. gloriatur in tribulatio-
nibus suis. Stigmata Domini mei in corpore meo porto. Hoc est, no-
ta servi inustus sum igne tribu-
lationis. Quid glorioſius patie-
ti? Audi Petrum Apostolum, si exprobrāmini in nomine eius,
beati. Quoniam quod est honoris,
& gloriæ, & virtutis Dei, & qui
est spiritus eius, super vos requies-
cit.

Ex hac iam sacræ Scripturæ
doctrina intelliges id, quod bea-
tus Ambrosius dixit in laudem
tribulationis, & patientiæ. Tri-
bulatio, inquit, velut quadam gra-
tia est. Bene quidem Ambro-
sius: est enim prospera valde
aduersus

^{Philip} aduersitas diligentibus Deum: adeo ut ad ipsam dignitas quædam in suscipiente requiratur: solent enim ad magnas præfaturas, non viles, & ignobiles assimi, sed prius sit quæstio de dignitate personæ. Vnde ad Philippens. i. dicitur. *Vobis donatum est non solum ut credatis, sed etiā ut patiamini.* Quasi diceret. non omnes Deus tanto dignos beneficio iudicauit, sed vobis de quorum dignitate iam quæstiō nem fecit, hoc donandum existimauit, dignamque habuit vniuersiusque vestrum personā, in quam tantum beneficiū con ferretur.

^{Greg.} Neque vero omnes, qui dominicam videntur crucem portare, supradicto digni iudicandi sunt honore, sed illi tantum, qui ut ait Gregorius, *ad opus bonum, ex bona voluntate, & non inuiti ducuntur:* ij enim rem iustitiae sine fructu operantur. Id autem Saluator noster insinuavit dicens, *siquis vult venire post me;* vt inde quis intelligeret, Deo militem voluntarium in cruce portanda, non vero coactum placere. In huius vero figuram, Christi crucem portauit Simon ille Cireneus angariatus. Matth.

27. vnde beatus Gregorius ait, ^{Matth.} quod crucē dominicam in angaria ^{27.} Simon portat, quando quis ad opus Greg. bonum ex bona voluntate non du citur. Is enim, inquit, rem iustitiae sine fructu operatur: crucemq; Simon portat, sed in ea non moritur, quando abstinentes, & arrogantes per abstinentiam quidem corpus affligunt, sed per desiderium vanæ gloriae mundo vivunt. Hoc autem extrema esse dementiæ notissimum est, sicut ille insanus, ac demens iure optimo esset iudicandus, qui cum toto hyeme innumeris laboribus, tēporisq; iniurijs penè consecutus nauigauerit, iam iam ingressurus portum, ultro vellet in ipso portu spretis mercibus, ac navi, naufragare. Audi Chrysologum in huiusmodi dementiam in ve. Chry hentem, ne dicam eidem insol. flog. tantem. Elaborasti, inquit, ieunijs, vi labore ieunijs tibi non pro desset: abstinentiæ fluctus intrasti, continentia undas concendi, & in ipso portu ieunijs, naufragasti, quia non comparasti lucrum, sed mercatus es vanitatem, &c. Contra huiusmodi insaniam, sic sanæ mentis quidam non minus pie, quam prudenter dixit.

Annotationes in Euangelium

Melius cum recto studeā, viciōsus haberi,
Quā vitio indulgēs iusti clarescere fama;
Mendaxq; ignarīs mortalib; esse sepulchū,
Qd licet interius fētētia corpora claudat,
Calce tamēo nitet extēna, gratoq; colore.

acceperit; vnde stulte nīmis a-
ger, si quasi non acceperit, glo-
rietur.

Notanda est in hanc senten-
tiam expositio beati Bernardi
in illa verba Cant. cap. 2. Ego flos
campi, &c. Est enim responsio
quædam sponsi, cui sponsa di-
xerat inuitans eum, lectulus no-
ster floridus, &c. In quem locum
beatus Bernardus existimat eō
pertinere sponsi verba, ut spō-
sam commoneat nihil illam ha-
bere pulchritudinis, quod non
debeat sponso referre acceptū.
Ne, inquit, sibi flores ascriberet il-
los, quibus lectulus decoratus vide-
batur, infert sponsus, se esse florem
campi, neque de thalamo prodire
flores, sed de campo; suoq; mune-
re, & sui participatione fieri quod
retinet, & quod redolet. Ait igitur
ego flos campi, quasi diceret de me
est quod gloriari.

Aug. Quare non immerito beatus
Augustinus serm. 23. de verbis
Domini, in ea verba Matth 25.
Date nobis de oleo vestro, &c. fatuas virgines increpans ait.
*Hoc quærebant, quod consueverat
de alieno lucere. &c.* Id autē Plato in dialog. 2. de legibus extre-
mæ tribuit iniustitiæ, & impie-
tati. *Extreme, inquit, iniustitia est
iustum velle videti eum, qui non
sit.* Chrysostomus homil. 3. in il-
lud Esaiæ. 1. *Vidi Dominum sedē-
tem super solium excelsum. &c.* Quid facis, inquit, homo? si j redi-
turus es rationem factorum tuo-
rum, & alium testem citas eorum,
qua facis? alium habes iudicem, &
alium adhibes spectatorem? atque
ideo sane post innumerās luētas, in
coronatus recedis. Ne igitur for-
te aliquis infructuosè crucē tol-
leret, non satis credidit Salua-
tor noster dixisse, tollat crucem
suam, nisi etiam adderet, & se-
quatur me; hoc vtiq; quis faciet,
si crucem portās non suā que-
rat, sed Christi gloriā; cui quid.
quid boni faciet, acceptum re-
ferat: nihil enī n habet, quod nō

Notandum est etiam in ver-
bo, sequatur me, quod eum, quē
quis sequitur semper ante ocu-
los oportet habere. Ait ergo Do-
minus ei, qui crucem portat, se-
quatur me, hoc est me semper
tanquam exēplum oportet ante
oculos habeat, ne deficiat in cru-
ce portāda: sic enim Apostolus
hebræos hortatur ut pro Chri-
sto

sto indeficientes patiantur, eū-
dem tanquam viuum patientiæ
exemplum intuentes. Recogita-
te eum, qui talem sustinuit à pecca-
toribus aduersus seme tipsum con-
tradictionem, ut ne fatigemini ani-
mis vestris deficientes. Hcbr. 12.
si enim ob oculos quis passum
sibi Christum proponat, in la-
boribus nūquam deficiet. Hoc
eodem se exēplo animabat spō-
sa Christi, eius videlicet Eccle-
sia, vnde Cant. cap. 1. sic dicitur
in persona eiusdem. *Fasciculus*
mirrhæ dilectus meus mihi, inter
übera mea commorabitur. In quē
locūm sic ait Beda. Christus tan-
Beda. *quam mirrhæ fasciculus tunc inter*
übera sponsæ commoratur, cū Ec-
clesia mortem sui redemptoris inti-
mo corde meditatur. Hac eādem
1. Pet. 4. meditatione, Christiq; exem-
plo Petrus Apostolus epistol. 1.
cap. 4. armare nos voluit cum
dixit. *Christo igitur in carne passu,*
& vos eādem cogitatione armamini, hoc est,
hoc est, vt habetur in textu
græco, eandem cogitationem
velut arma induite. Vbi notan-
dum est verbum *armamini*, im-
pugnationem sonare, & præliū,
vt significetur fortitudo passio-
nis Christi, cuius vel sola medi-
tatione si armemur, omnes ani-

mæ hostes à quibus impugna-
mur, superantur. Vnde beatus
Bernardus sic eadem verba vi-
detur commentari. Tanta est, in-
quit, *Virtus crucis Christi, ut si in*
mente fideliter habeatur, nulla li-
bido, nulla peccati præualere possit
inuidia, sed continuo ad memoriam
*eius, totius peccati, & mortis, scili-
cet spiritualis fugatur exercit⁹ &c.*
Similiter & Gregor. *Passio*, in-
quit, *Christi si ad memoriam reuo-* Greg
cetur, nihil tam durum, quod non
æquo animo tolleretur, &c. Quo
sensu intelligit etiā D. Thomas
illud Tren. cap. 3. *Dabo illis scu-*
tum cordis laborem meum; quem-
admodum etiam idem Thomas
explicat prædictum Petri ver-
bum in hunc modum. & nos
eādem cogitatione armamini, id est,
eius passionem recolite, & pa-
timini pro eo similia. Glossa si-
militer eadem verba sic expo-
nit. Sicut ipse spōnte, & nos spō-
te, sicut ipse omnia tolerat, &
nostoleremus.

Ecce vidimus, dilectissimi,
Petri rationem quam maximā
habere vim ad voluntates etiā
rebelles cōpellendas: quis enim
erit seruus, quem pigeat eandē
cum Domino subire fortunam,
maxime si recolat Dominū no-
strum

Annotationes in Euangelium

strum Iesum Christum pro ser-
uis etiam inutilibus acerbissi-
mæ, durissimæq; mortis subiisse
sententiam? Eandem quoque
rationem Domini ad seruos me-

^{z. Cor 4.} minit Paulus. 2. ad Corint. 4. vbi

enim nos habemus, semper mor-
tificationem Iesu in corpore nostro
circunferentes, legitur in textu
græco, Domini Iesu, quo loco
Apostolus addit Domini cog-
nomen, ne seruos pigeret pati
similia, sed mortificationem li-
benti animo fasciperent, quam
& à Dominovniuersorum pro-
pter hominum salutem, & ser-
uorum libertatem suscepit vi-
debant.

^{5.} Notandum est autem in ver-
bis Apostoli, verbum illud, cir-
cunferentes, in quo innuitur mor-
tificationem Iesu, quam Apo-
stolus simul cum alijs discipulis
se in corpore suo circuferre glo-
riatur, esse velut arma fortissi-
ma ijs, qui læsionem famæ, affl-
ectionem corporis, & id genus
alia, vel etiam ipsam morte pro
Christo patiebantur: hæc enim
omnia mortificationem IESV
Apostolus appellavit; denique
his omnibus Christi fideles, præ-
fertimq; ij, qui pro eiusdem
Christi fide, & veritatis confes-

sione martyrium quotidie ex-
pestatabant, veluti armis circun-
dati, & circū amicti incedebant.
Vnde Regius vates huiuscmodi
erga suos munitione sub scuti
etiam metaphora ait in Psal. 90. ^{V. 11}
Scuto circundabit te Veritas eius,
non timebis à timore nocturno;
& sagitta volante in die, à negotio per
ambulante in tenebris, ab incursu,
& dæmonio meridiano. Vbi iuxta
expositionem Augustini, tenta-^{Aug}
tiones ignorantie timor noctur-
nus: peccata vero scientiæ sagit-
ta volans per diem appellatur.
In nocte enim, inquit, ignorans
intelligitur, in die manifestatio.
Sunt, qui ignorantes peccant,
& sunt qui scientes. qui peccant ig-
norantes, à timore nocturno sup-
plantantur: qui vero scientes, à sa-
gitta volante per diem percussi sūt.
Ait igitur Augustin⁹ quod Chri-
stus Dominus ab omnibus istis
ita suos protegit, sicut scutum
protegere solet præliantē, quod
in se recipiens hostium ictus, mi-
litem, qui eo protegitur abire
facit illæsum.

Neque solum Christus Eccle-
siam scuto circundat, hoc est,
protectione sua defendit quatenus
homo, & caput ipsius, sed
eadem quoque quatenus Deus
^{miri-}

mirificè defendit: id enim Esaias cap. 26. disertis verbis ostendit cū de Messia sic prædixit. *in illa die cantabitur canticū istud in terra Iuda. Vrbs fortitudinis nostræ Sion: Saluator ponetur in ea murus & ante murale.* Vbi Christus dicitur Ecclesiam tanquā murus ambire vndique; & ut huius protectionis magnitudo explicitetur non solum Christū Ecclesiæ murū appellat, sed etiā ante murale, propter geminam secundum vtranq; naturam protectionē, qua Ecclesiā vndiq; tuetur. Idē Zach. evidēter prædixit Zacharias c.

2. sub his verbis. *absque muro habitabitur Hierusalem præ multitudine hominum.* & ego ero ei, ait Dominus, murus igneus in circuitu: & in gloria ero in medio eius. Ne quis enim existimaret ex eo, quod dictum erat Hierusalem sine muro futuram, expositam fore hostibus: idcirco additum est, ego ero ei murus ignis in circuitu. Vbi notandum est, non dici, ero murus lapideus, sed igneus, ut magnam, & insuperabilem significet protectionem: Theo. *quis enim, vt exponit Theodo-*
retus, poterit murum igneum per-
transire? quin potius eo dico, hostes
à longe terrebuntur.

Sunt qui per murum igneum, amoris murum intelligivolunt. Christi namque amore Ecclesia vndiq; cingitur: qui murus vsq; adeò inexpugnabilis est, vt pp̄ter amorē in Christū, nullis tyranorum machinis Ecclesiæ ciuitas vñquam potuerit expugnari; tā inuicto in Christū amoris cincta muro: Intra quē murū se Paulus cōtinebat, indeq; pugnans dicebat. *quis nos separabit à charitate Christi?* tribulatio, an angustia? &c. Præcesserant multa fiduciæ argumenta; nempe Christus Iesus, qui mortuus est; immo, qui resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiā interpellat pro nobis. Obtata igitur amoris signa, quibus se Paulus vidit veluti muro circūdatum, quasi insuperabilis ait. *quis igitur nos separabit à charitate Christi?* quasi firmā faciens consequentiam ab amore Christi ad victoriam. quasi diceret. Christus nos sui amoris protegit muro; ergo insuperabiles sumus. nec aliquid nos poterit à charitate ipsius separare. tantis ergo, tamque inexpugnabilibus muniti præfidijs, talibus armis induiti, tali muro circūdati, quis iam deficiet in cruce portanda, seu in Christo sequendo?

Annotationes in Euangelium

Præterea. me sequatur. tanquam filius patrem, à quo ne deficiat manu ducetur: solet enim pater parvulum se sequentem manu ducere etiam in via plana ne deficiat ambulando; & in difficultioribꝫ viꝫ locis petit puer in partivlnas suscipi, & sic potest difficiliora itineris facilius pertransire. Quia de re vide quæ dicuntur in annotationibus in Euangeliū pro festo sancti Andreæ Apostoli. Hanc verò patris in filios protectionē nouerat Esaias, qui Deum exoraturus pro populo, sic eum alloquitur in cap.

Esai.
67. 63. Attende de cælo, & vide de habitaculo sancto tuo: ubi est xelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerrunt se: tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu Domine pater noster, & redemptor noster; à seculo nomen tuum. Quo loco primum innuit Propheta usq; adeo Deus esse clementem, vt nec Abraham, nec Iacob præ illo nomen patris mereantur: idcirco enim dixit; Abraham nesciuit nos, et Israel ignorauit nos, nimisrum, si cū Deo conferantur. Secundò aduerte cum dicitur, ubi est fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum, appellari fortitudinem Dei ipsius misericordiam, eo quod misericordiæ operibus maximè omnipotentiam suam declarare soleat. Tertiò. admirabundus Propheta dixit, super me continuerunt se. quasi nouum quiddam sit in Deo posse misericordiarū suarum viscera continere, quin ea liberaliter effudat. Denique bis appellauit Propheta Deum patrem: fuit enim semel pater per creationem, & iterum per redemtionē. Merito ergo Christus Dominus laboranti in cruce portanda tanquam pater filio ait, sequatur me, hoc est tanquam filius patrem, à quo manu ducetur ne deficiat: nouit enim Dominus reficere labores, nouit parvulos suos de tribulatione eripere, nouit subleuare crucem baiulantes, ne deficiant in via.

Vltimò. sequatur me, ait Dominus, quasi dixerit, sequatur me martyrum ducem usque ad mortē si opus fuerit; ego enim in ipsa morte possum ut Deus, volo ut pater, debeo ut martyrum dux, ipsum martyrem crucem portantem, gloria, & honore

nore coronare, & vitam tribue-
re sempiternam. Ut autē in cer-
tamine laborantes exemplum
haberent imitandum, *parum esse*
credidit Dominus Iesus, vt ex-
pendit Augustinus, *hortari mar-*
tyres verbo, *nisi eos etiam suo fir-*
maret exemplo. Voluit itaq; dux
esse martyrum, sicut prædixea-
rat Elaias cap. 11. vbi in perso-
na ipsius ait. *Ego quasi agnus mā-*
suetus, qui portatur ad victimam:
id enim ex Hebræo quidam ita
vertendū putauerunt. *Ego quasi*
agnus dux reliquorum; significa-
turque Christū in passione fui-
se quasi agnum ducem gregis,
qui omnes martyres exemplo
suo anteireat, & ad mortem for-
titer appetendā animaret. *Neq;*
enim, vt ait Augustinus, martyres
potuerunt esse fortes, nisi intuerē-
tur eum, qui primus passus est: nec
alia sustinerent in passione qualia
ille, nisi alia sperarent in resurrec-
tione, qualia ipse de se ostendit.
Intuebatur huiusmodi agnum
gregis ducem, beatus ille Patri-
archa Iob non iam passum, sed
aliquando passurum, & sola spe
resurrectionis eius iam tunc in
suis tribulationibus ita confor-
tabatur, vt tormēta omnia, quæ
totius inferni manus in eū po-

tuit excogitare, patienter tole-
rarit. Vnde percusus à planta
pedis usque ad verticem capi-
tis, quasi patientiæ causam assig-
nans cap. 19. ait. *Scio enim quod*
redemptor meus vivit, & in nouis
Iob.c.
8.
simo die de terra surrecturus sum,
&c. Ex quibus verbis apparet
agnum Dei immaculatum non
tantum fuisse Christiani gregis
ducem moriendo, sed etiam re-
surgendo; utrumque enim ne-
cessarium fuit ut fructuosè dice-
ret crucē portanti, *sequatur me*,
prius videlicet ad mortem, de-
inde ad vitam resurrectionis, &
gloriam. Hinc est, quod Iudæi
ne mortuum sequatur, eum re-
surrexisse impudenter negant;
Regiustamen vates ad illorum
confusionem in Psalmo 17. ait. *Ps. 17*
Vivit Dominus, & benedictus Deus
meus, & exaltetur Deus salutis
meæ; quæ verba de Christi re-
surrectione intelligens Theo - Theo
doretus commentario in hunc doret.
locum, quoniā, inquit, *Iudæi Cru-*
cifixum mortuum vocare solent,
Propheta exclamat, Vivit Domi-
nus, &c. & non solūm vivit, sed
etiam in cœlos rediit, & volunti-
bui salutem offert. Ecce ostendi-
mus quo pacto intelligenda sint
ea, quæ Dominus in Euangelio
dixit,

Annotationes in Euangelium

dixit, si quis vult venire post me,
abneget se metipsum, & tollat cruce-
m suam, & sequatur me.

Neque verò existimandum
est seruatorem nostrū sine ali-
quo mysterio, crucis suppliciū
elegisse cuin aliud quodcunque
genus mortis sufficeret ad hu-
manam salutem ; imō non est
negandum simpliciter, & abso-
lute loquendo possibile fuisse
Deo alio modo hominem libe-
rare, quam per filij sui passionē,
& mortem , quanvis alias mo-
dus cōuenientior ad liberatio-
nem humani generis dari non
possit, vt ait August. i 3 . de Tri-

Ang.
Diuus
Tho.

nitate cap. 10 . tom. 3 . & osten-
ditur à D. Thoma 3 . p. q. 46 . ar.

3. Christus igitur Dominus sua
nos voluit morte turpissima, vi-
delicet, crucis, liberare, primò
quidem propter exemplum, si-
cut ait D. Thomas quæstione
vbi supra. art. 4. Ait enim beatus

Aug:
Augustinus lib. 83 . quæst. Sapien-
tia Dei, hominem ad exemplū, quo
rectè viueremus , suscepit ; Perti-
net autem ad vitam rectam ea
quæ nō sunt metuenda non me-
tuere : & quia sunt multi , qui
quanvis mortem ipsam non ti-
meāt, genus tamen mortis hor-
rescunt, voluit Christus in Cru-

ce mori, quo mortis genere pe-
ius nihil fuit inter omnia gene-
ra mortis, vt nullū genus mor-
tis homini esset metuendū. Vo-
de Augustin. serm. 18 . de verbis
Domini, si genus, inquit, mortis
exhorrescit infirmitas, nihil eo tem-
pore fuit ignominiosius quam mors
Crucis: non enim frustra cōmendās
Christi obedientiā Apostolus addit
dicens. Factus est obediens usque
ad mortem, mortem autem crucis, cib
quod verbū ponderauit Chry-
sostomus sermone 7 . in Episto-
lam ad Philipensis. Papè, inquit,
quam magnū, & vehementer inc-
tabile est, quod seruus factus est;
quod verò mortem sustinuit multo
plus est: & aliud maius quiddam
istò, & admirabilius: quoniam nō
quæuis mors isti similis est: ita
namque omnium videbatur probro-
fissima. Ista plena dedecore: ista
maledicta: maledictus enim om-
nis qui pependit in ligno.

Lactantius etiam firmianus lib. 4 . Diuinorum institutionū cap.
26. Dicat, inquit, fortasse aliquis
cur si Deus fuit, & mori volunt nō
saltē aliquo honesto mortis gene-
re affectus est? Cur potissimum cru-
ce? Cur infami genere supplicij,
quod etiam homini libero videatur
indignum? Cuius rei ipse optimam
ratio:

rationem reddens ait. *Vt is, qui humiliis aduenerat, humilibus, & infirmis opem ferret, & in omnibus spem salutis ostenderet, eo genere afficiendus fuit, quo humiles, & infirmi affici solent; ne quis esset omnino, qui cum non posset imitari.* &c. Recte ergo Christus Dominus discipulis suis, & in eis omnibus hominibus ait, tollat crucem suam, & sequatur me, hoc est, me imitetur. Hæc circa propositū euangelij thema adnotasse sit satis; ex ijs verò iam aliqua pro beato Blasio Christi martyre sunt iterum repeiēda.

Primum igitur Sanctus Pontifex, & inclitus martyr Blasius Christi consilium obseruans ita semper ipsum abnegare studuit, vt veterem hominem deponēs cum actibus suis, iam cum Paulo dicere posset, *Dico ego, iam non ego, dixit vero in me Christus:* neque enim sui abnegationem iacturam esse putabat, sed lucrū, sciens in ijs, qui se abnegare noverunt, Christum Dominum magnificari iuxta Pauli sententiam ad Philip. 1. *Magnificabitur Deus in corpore meo.*

Secundo meminerat sanctus

passum pro nobis Christū, omnibus exemplum reliquisse, vt vestigia eius sequerentur, qui vellent: omnibus enim loquitur cum dicit, *siquis vult venire post me.* &c.

Tertio potuit veraciter cum Propheta dicere, tribulatio, & angustia inueniūt me, iuxta expositionem beati Ambrosij supra positam: si enim ille dicitur ab angustia inuentus, cui corona debetur, quicquid idoneus certamen à Dño iudicatur, merito inuentus à tribulatione dicendus est Christi martyr, qui ab Agricola præfecto nec blandis ijs, nec minis adduci potuit, vt dijs sacrificaret, quamobrē, eodem præfecto iubente, primum virgis cæsus, deinde in equaleo ferreis pectinibus dilaniatus est: Postremo dempto capite, illustre fidei testimoniu Christo Dño dedit. Quare eidem martyri ex sententia Ambrosij corona debetur. Spe gaudet, vt Paulus dixit, in tribulatione gloriatur; gloriatur etiam non iam spe gloriæ filiorum Dei, sed ipsam et iam gloria cœlesti filiorum Dei.

(...)

Psal.
118.

Pro sancto Antonio Olyssipponensi.

ANNOTATIONES

IN EVANGELIVM

Lucæ cap. 12.

Sint lumbi vestri præcincti, & lucerne ardentes in manibus. &c.

I.



Via Saluator noster regni cœlorum superius mentionē fecerat, & ad eius expectationem discipulos accenderat, docet modo, quo modo, quo studio, qua vigilantia, quo habitu regnum illud debeant expectare. Id vero declarat servorum exemplo, qui Dominū suum noctu reversurum expectantes, non solum vigiles, sed etiā præcincti, & expediti sunt, & faces habent incensas, ne cū Dominus venerit in mora sint dum se ad ministrandum præcingunt, facesque accendunt. Alludit autem ad morem orientalium, quiviṭi solebant vestibus longis, ideoq; ministraturi collectam vestem cingulo strinere solebant, vt expeditiores essent ad ministrandum. Vnde inferius Lucas refert Christum

dixisse, *Amē dico vobis quod pre-*
cinget se, & transiens ministrabit
illis. & cap. 17. *præcinge te, in-*
quit, & ministra. & Ioan. 13. cū ¹³
Dominus vellet discipulorum pedes lauare, *præcinxit se.* Pe-
trus etiam Apostolus Actorum ¹². iussus est ab Angelo præcin-
gi, vt educeretur de carcere, es-
setque expeditus ad iter facien-
dum. & Tobias *Angelum præ-*
cinctum, & quasi ad iter paratum ^{Tob.}
inuenit. Tob. 5. Elias quoque ¹
præcinctus lumbis currebat ante
Achab. 3. Regū. 18. & Elisæus ^{3.10}
Giezi puerodixit, *accinge lum-*
bos tuos, & tolle baculum meum ^{1.10}
in manu tua, & vade. 4. Reg. 29.
Itaque præcinctos lumbos ha-
bere, idem est, quod esse para-
tum. Et hoc est, quod ait Paulus ^{ad E.}
ad Ephes. 6. *State succinēti lam-*
bos vestros, &c. Petrus etiā epi-
stol. I. cap. 1. *propter quod, inquit,*
succinē-

succincti lambos mentis vestræ, sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam. Esse verò in literali sensu sic explicāda verba prædicta, ostendit ex sequētibus, nēpe, Et lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, &c.

2. Solent servi cū dominus noctu venit, ardentes in manibus tenere faces, eosdemq; præcedere. Hoc autem Christus Dñs à nobis fieri iubet: neque enim aliud faces ardentes significant, quam nos debere sic omnia ad excipiendum ventorum iudicē Christum habere parata, vt nihil cum venerit, vel minimum præparandū supersit: quid facilius quam pulsante Domino lucernā accedere? at qui hoc ipsum vult Dominus antequā ipse veniat factum esse: futurū est enim vt neminem expectet dū facem accedit. Huc pertinet parabola de decem virginibus quarū quinque fatuæ dum irēt emere, clausa ianua foris remāserunt. Cæterum iam, quod attinet ad huiusmodi præparationem, ex sacræ Scripturæ, Sanctorumque Patrum testimonio sunt aliqua ad morum compositionem adnotanda.

Primō notandū est humanam vitam, viam, nos autē viatores à sacris, scholasticisq; doctoribus appellari; eandēq; vitā humanam militiā esse, iuxta illud Iob. 7. militia est vita hominis super terram. Vnde Paulus 2. ad Thim. 2. Labora, inquit, sicut homines miles. Est igitū vita nostra lob. 7. ad via, qua ad patriam tendimus; Tim. & vt possimus facilius, celeri⁹q; peruenire, abiecta peccatorum sarcina, virtutum armis induti, nobis iter est peragendum. Audiamus Apostolū ad Rom. 13. Rom. hoc ipsum exhortantem. Abijciamus, inquit, opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Quę autem sint armæ lucis nobis induēda, declarat dicens. Sicut in die honestè ambulemus, non in comesationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus, & impudicitijs: non in contentione, & emulatione: sed induimini Dominum Iesum Christū, & carnis curam ne feceritis in desiderijs, &c. Quibus verbis Apostolus aperte ostendit opera tenebrarum, quæ sunt abijcienda, ne tanto onere in via deficiamus: induiverò Dominū Iesum Christum præcipimur hoc est ipsius virtutes, vt à latronum in cursibus, id est, à maligni spiritu

Annotationes in Euangelium

ad Ep. vlt.
tentationibus, nos liberare pos-
simus. Hoc ipsum exhortatur
ad Ephes. ultimo cum ait. *Indui-*
te vos armaturam Dei, ut possitis
stare aduersus insidias diaboli, &c.
Quæ autem sit Dei armatura,
quam induere præcipimur, sub-
iungit dicens. *State ergo succin-*
eti lambos vestros in veritate, &
induit loricam iustitiae, & calceau-
pedes in præparationem Euangeli
pacis. In omnibus sumentes scutum
fidei, in quo possitis omnia tela
nequissimi ignes extinguere; &
galeam salutis assumite, & gladium
spiritus, quod est Verbum Dei.

Greg.
Gregorius hom. 32. in Euā-
gelia addit, ab ieienda etiā no-
bis esse terrena omnia, ne si ve-
stiti cum nudis spiritibus lucta-
ri velimus, ab ijsdem facile ad
terram deiijciamur. Qui, inquit,
ad fidei agonem venimus, luctamē
contra malignos spiritus sumimus,
qui nihil in hoc mundo proprium
possident: nudi ergo cum nudis lu-
ctari debemus: nam si vestitus quis
quam cum nudo luctatur, citius ad
terram deijcitur, quia habet vnde
teneatur: quid enim sunt terrena
omnia, nisi quedam corporis indu-
menta? qui ergo contra diabolum
ad certamen properat, vestimenta
ab ieiui ne succumbat. &c. In hu-

ius rei figuram adduci potest
Dauid cum descendit cum Go-
liath Philistheo in singulare cer-
tamen: cum enim indutus esset
armis Saul regis, non possum, in-
quit, sic incedere. Nec prius Phi-
listhem aggressus est, quam
armis exueretur. Quod nifa-
ceret, forsitan pondere pressus
aduersus, Philisthem non præ-
ualeret.

Videte quid in hanc senten-
tiam dixerit beatus Bernardus
in sermone de duplice debito. Ben-
In via estis, fratres, quæ dicit ad
vitam. Arduus quidem ascensus ci-
uitatis Hierusalem, ad quam ten-
ditis, ut pote per ipsam montis sum-
mitatem incisus: sed via compen-
diosior laboris magnitudinem, vel
temperat, vel excludit: vos enim
viam istam non solum itis, sed
curritis quia exonerati estis, &
accincti, nihil ponderis supra dorso
portantes. Non sic aliqui, non sic,
qui quadrigas, vel quadrigalia
onera portantes, montis circuitum
ambire decernunt, & plerumque
per diuexa montis precipitantur,
ut dix finem inueniant vita sua.
Felices igitur vos, qui vos, & ve-
stra reliquias, per ipsum montis
verticem iter facitis ei, qui ascen-
di super occasum, Dominus nomen
illio-

illi. Illi verò, qui quanuis Aegyptum fugerint, tamen ad quæquè Aegypti tenerrimè resuspirant. Viā ciuitatis habitaculi non inuenērunt. Sed voluntatum suarum gravissimis sarcinis prægrauati, vel sub onere, vel cum onere cadunt, ut vix ad cursum perueniant destinatum.

Consentanea habet beatus Ioannes Chrysostomus homil. 7. in Act. Apostolorum: admittans enim quod ad vocem Petri dicentis pœnitentiam agite, uno die tria millia baptizatis sūt, Chry! sic ait. Illi simul ut in certamen ingressi vestes exuerunt, nos autē insanentes, cum vestibus certare volumus. (Vocat autem vestes terrenam substantiam, quam ad pedes Apostolorum conuententes apponebant) propter hoc antagonista noster laboribus opus non habet: sed impliciti in nobis ipsis sèpè deiçimur: idem enim facimus, quod si quis athletam puluere aspergum, nigrum, nudum, & ab arena, & Sole multum habentem luit, & oleo, ac luto simul deformatum conspicatus, ipse unguentum olens, acceptis sericis vestibus, & stolla usque ad calcis demissa, in arenam descendat: qui enim talis est, non impeditur,

solum, sed omnem curam habet ne inquietur, & disrumpatur vestis, unde primo aggressu cadet. tempus adest certaminis, & tu sericis vestibus indueris? & quomodo vinces?

Quantum verò periclitent corum salus, qui humanæ vitæ viam currere volunt non præcincti, docuit Bernardos cum sic ait. periclitatur castitas in delitijs, humilitas in diuinijs, pietas in negotijs, veritas in multiloquio, charitas in hoc mundo. Utinam saperes, & intelligeres, ac nouissima prouideres. Saperes, quæ Dei sunt; intelligeres quæ mundi sunt: prouideres, quæ inferni sunt. Profecto infernum horroris, superna appeteres, & quæ ad manus sunt, contemneres.

Videamus iam beatissimum Antonium humanæ vitæ viam ab adolescentia sua expeditissimè currentem; videbimus lumbos præcinctum, lucernas bonorum operum in manibus tenuem, quibus non solus ipse viæ vitæ presentis feliciter pergit, sed ipsius exemplo multi alij in eiusdem viæ stadio currētes, cœlestis gloriæ brauiū pereniter acceperūt. Is igitur supradictam B. Bernardi sententiam mente

Annotationes in Euangelium

reueluēs, ne castitas in delitijs,
neve humilitas in diuitijs, quibus paterna domus abundabat,
posset aliquo modo periclitari,
parentibus relictis, regularium
canonicorum D. Augustini cenobium ingressus, mudi quoq;
ille sebris se penitus abdicavit;
quo fact^o illam secutus est Spiritus Sancti vocem, qua in Psal.
44. vniuersique animam ex-

Ps. 44 horretus dicēs. Audi filia, & vi-

de. Oblivisci populum tuum, &
domum patris tui, & concupiscet
rex decorum tuū. Similiter, & illi
Saluatoris sententiae acquieuit,
qua dicit Lucæ. 14. Si quis venit
ad me, & non odit patrem suū, &
Lucæ matrem, &c. non potest meus esse
discipulus. Huic igitur dominice
voci ita Lusitanus noster cor-
dis aurem inclinavit, vt vere cū
Propheta dicere potuerit, quid
michi est in cœlō, & a te quid volui
super terram? Deus cordis mei, &

Ps. 72. pars mea Deus in æternum. Ps. 72.

Aug. Vbi Aug. sic habet. Comparauit
voluntati sua terrena, præmiū cœ-
lestē: vidit quid ibi sibi seruaretur;
& cogitans, & aestuans in cogita-
tione cuiusdam rei ineffabilis, qua
nec oculus vidit nec auris audierit,
nec in cor hominis ascendit, non di-
xit, illud aut illud michi est in cœ-

lo, sed quid mihi est in cœlo? quid
est illud quod habeo in cœlo? quā-
rum est; quale est? quid est? & cum
non transit, quod habeo in cœlo à
te, quid volui super terram? seruas
michi tu in cœlo diuitias immorta-
les, te ipsum, & ego volui à te in
terra, quod habet impij? defecit cor
meum, & caro mea, Deus cordis
mei. Hoc ergo mīhi est in cœlo ser-
uatū, Deus cordis mei. Hæc Au-
gustinus.

Quia vero pietas periclitari
solet in negotijs, sicut etiā & ve-
ritas in multiloquio, ipse Christi
athleta parentū negotia, & ami-
corū fugiens consortia, Olysi p
pone se contulit Conimbricam
in eiusdem ordinis S. Augustini
monasterium, vt ibi expeditius
se se traderet diuinarum rerum
contemplationi, mundi curis,
parentum negotijs, & amicorū
colloquijs expeditus. Ecce vidi-
mus sanctissimum adolescentē
mentis lumbos præcinctū; ecce
audioimus ipsum paternā do-
mum, imò & natale solum reli-
quisse Spiritus Sancti vocem se-
cutum, qua dixit, obliuiscere po-
pulum tuū, & domū patris tui;
videndum modo restat, quod
etiam accensis lucernis exulta-
uit vt gigas ad currēdā viā.
Memor

Matt.
11. Meministis dixisse Saluatorē nostrum Matth. 11. *Regnum cœlorum vīm pati, & violentos rapere illud;* quod sibi ante oculos proponēs beatus Antonius, nō pedetentim incedendū, sed maxima animi allacritate sibi currēdam putauit viam mandatorum Dei, ut aliquando cum Psalm Propheta veraciter dicere posset, *Viam mandatorum tuorum eucurri cum dilatasti cor meum.*

6. Beatus Bernardus ad illum locum Gen. 28. quando Iacob vidit scalam, & angelos ascendentes, & descendentes, notavit impossibile esse aliquem stare in via virtutis, sed vel progredi, vel regredi oportere. *Numquid, inquit, sedentem quempiam, vel stantem vidi? non est stare omnino in pēdulo fragilis scala.* Hoc est vīta mortalis. aut ascendas necesse est, aut descendas. Si attentes stare, ruas necesse est. Minime bonus est, qui melior esse non vult. Et ibi incipis melior fieri nolle, ibi desinis esse bonus. Id intelligens beatus Antonius, ne punctum quidem temporis stare patiebatur, sed progredi semper studuit de virtute in virtutem, quo usque videretur Deus deorum in Sion; de quo mirifice

intelligi potest illud Psalm. 83. Ps. 83
Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disponit: ibunt de virtute in virtutem, &c. Ita ergo beatus iste sanctus ascensiones disposuit in corde suo, ut amore Christi martyriū sibi proposuerit subeundum. Quamobrem à Canonicorum Augustinianorū ordine ad Frāciscanum transiit, cum eiusdem ordinis religiosis paciscens, ut ad Saracenos prædicandi Euāgelijs causa mitteretur; quò cum primum facultatē obtinuit, ire properauit; sed infirma valetudine, quæ diu illum grauiter afflixerat in patriam redire coactus, cum ad Hispaniæ litora nūm appellere putaret, ventorū impulsu in Siciliam venit Dei prouidentia reseruatus ad plurimorum salutem, quos varijs in prouincijs reuocauit ad salutares pœnitentiæ fructus.

Notandum est autē ex Chrysostomo hom. in Psal. 95. tom. Chrys.
I. martyrium non euentu tantū æstimari, sed proposito etiā. Non cum decolatur, inquit, tunc fit martyr, sed ex quo propositum ostendit profitendi martyr est, etiam si non patiatur, quæ martyres solent. Vnde & Paulus. I. Cor.

Annotationes in Euangelium

Cor. 15. cum semel tantu in sit
mortuus, quotidie, inquit, mo-
rior; propositio intellige: neque
enim martyrio voluntas, sed
voluntati martyriū de erat. Scio
hęc, & alia si quę sunt Sancto-
rum Patrum testimonia, intel-
ligenda esse de martyrio p quā-
dam similitudinem, sicut loqui-
Diuus T̄ho. iur D.Thom.2.2. q. 124.art.4.
cum de ratione in martyrij sit ac-
tualis, & voluntaria mors pro
Christo perpessa, qua sola mar-
tyres accidentalem illum orna-
tum, qui dicitur aureola, conse-
quuntur. Neque tamen Sancti
illi, quibus fuit voluntas delibe-
rata pro Christo moriendi, suo
præmio carebunt, inter quos
numerandus est beatus Anto-
nius, quippe qui martyrij desi-
derio incensus, eiusque spe in
dies ardentius inflamatus Frā-
ciscani ordinis habitū suscepit,
vt facultate obtenta, in Africā
nauigaret.

Dixerat Christus Dominus
Apostolis, *Vos estis sal terræ*, qđ
non tantum Apostolis, sed om-
nibus etiam viris religiosis di-
ctum est; ij enim cæteros om-
nes debent doctrina condire, &
exemplo firmare; quemadmo-
dum beatus Augustinus expo-

nens eadem Matthēi verba, ad-
notauit, & hoc etiam si multum
detrimenti in docendo patian-
tur: sic enim & sal, ut alias possit
res condire, & salire, se ipsum
prius consumit. Extat in hanc
sententiā divina auctoritas, vel
potius præceptum Exodi. 32.
cum enim Moyses cū Deo es-
set in móte, cum eodemq; age-
ret sicut amicus agere solet cū
amico, fecissetque populus vitu-
lum conflatilem, & adorasset,
*Vade, inquit Deus, descendere, pec-
cauit populus tuus, quem eduxisti
de terra Aegypti.* Poterat Moy-
ses Domino dicere. Senhor que-
reis que perqua a consolaçāo q
tenho de vossa companhia por
lhe acudir? si, que porexitar pec-
cados tudo se ha de deixar.
Hinc est quod Ecclesiæ guber-
natores, & pastores, & in uni-
uersum omnes, quibus alios de-
fendere munus incumbit, cli-
pei, seu scuta terræ vocari con-
sueverunt. Quo sensu intelligē-
da sunt illa verba in Psalm. 46.
*Dij fortes terræ, vehementer ele-
uati sunt; vel vt alij legunt; prin-
cipes, qui terræ sunt clipei.* Seu, vt
legit beatus Hieronymus, *Dij
scuta terræ.* Quemadmodum
enim clipei vt hominem pro-
tegant,

tegant, hastæ, gladijque in se recipiunt ictus, eodem modo prædicti terræ principes populum sibi subditum protegere tenentur, etiam si in ipsa defensione quidquam detrimenti patiantur. Extat singulare exemplum in 2. Reg. ultimo, ubi rex David sic iratum Dominum allocutus est. *Ego sum, inquit, qui peccavi, isti, qui oves sunt, quid fecerunt?* Veretur, obsecro, manus tua Domine contra me, &c. Quasi diceret David. Esta he Senhor minha obrigaçāo, tomar sobre mi o golpe pera q lhe não chegue. Ecce quid nobis faciendū insinuauit Saluator noster cū dicit, *Vos estis sal terræ.* Salis autē munere functum fuisse beatū Antonium, ex his, quæ in totius virtutæ curriculo egit facile patet: quid enim aliud fuit ardens illud quotidianum martyrij de fiderium, quam diuinæ iustitiae gladium, qui singulis virtutæ momentis infidelium mentibus imminebat, ab eisdem velle declinare, quasi dicēs Deo, *Veretur, obsecro, manus tua Domine contra me:* potius enim volo mortem subire, quam ut isti in infernum detrudantur in æternum puniendi,

Fuit etiam beatus iste sanctus lux mundi, sicque lucernas ardentibus quoad vixit, in manibus tenuit, ut non solū tenebræ ullæ eū vanquam cōprehendere nequiverint, sed omnibus etiā Christi fidelibus bene viuendo lucis exempla monstrauerit. B. Ambrosius ait, in corpore Chri Ambi sti mystico, hoc est in Ecclesia, Sacerdotes oculos esse; oculorum autem officiū est luce sua corpori viam demonstrare: in uehiturq; in eos, qui aliter agūt sequentibus verbis. Oculorum in corpore officium voluntarius acce Ambi pisti, ut reliquū per te corpus duca tum lucis haberet: Et nunc quadā caligine vitiorū obtenebratus, nec te ipsum luci idoneum præbes, & alijs adimis lumen. Longè aliter Lusitanus noster, qui Pauli cōfilio acquiescens ad Titum. 2. in omnibus præbuit se ipsum semper bonorum operum exemplum. Id quod etiam idē Paulus 2. Corint. 8. de se ipso affirmans ait. *Prouidemus bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus,* &c. Nam, ut ait Augustinus, *Duae res sunt conscientia, & fama. Conscientia necessaria est tibi, fama proximo.* Tanta verò fuit huius Sancti fama virtutum, ut

Annotationes in Euangelium

amisso proprio nomine, ab omnibus iam nō Antonius, sed sanctus vocaretur. Et sicut cū Philosophum dicimus, Aristotelē omnes intelligunt principem Philosophorum; cum verō Apostolum nominamus, Paulū intelligunt principem Apostolorum: sic cum in obitu huius Sancti, Sanctum obijisse populus ex clamabat, Antonium inter sanctos maximum, mortuum iam esse omnes intelligebant.

Solet à multis sanctus iste depingi, puerum Iesum in manibus habens, ipsumq; stantem, quo indicio demonstratur Deus precibus ipsius, votisq; continuo acquiescere, dicique posse ipsū continuo Deum præmanibus habere, ut eius misericordia innos, quoties ei visum fuerit vta tur. Proverbiorum cap. 21. dicitur, *Cor regis in manu Dei*, hoc est, Deus vtitur corde regis pro ut vult. Cū ergo videamus puerum Iesum stantem in manu huius Sancti, nihil aliud intelligi posse videtur quam Deum ad voluntatem servi sui operari prout fidelium saluti videtur expedire. Id autem quotidie experimor, in quotidiana, & ppe infinita miraculorum opera

tione, quibus mortalium necessitatibus subuenire consuevit, quæ esset longum numerare. Quam obrem sicut Bernardus meliflui cognomento agnoscitur; D. Thomas Angelici Doctoris; Gregorius Nazianzenus Theologi cognomentum sortitus est: sic cum miraculosum dicimus, statim Antonius noster intelligi consuerit.

In 2.lib. Reg.ca. 7. Legimus Regem David sic Deus orasse. ^{2. Reg.} *Inuenit seruus tuus cor suū ut orarette oratione hac.* Vbi notandū est cor nostrum tunc amitti, cū per peccatum à Deo recedit à quo per gratiam servabatur. Et ne aliquis damnum huiusmodi patiatur (est enim omniū maximum) hortatur nos idē Prophet in Psalm. 61. Cum sic ait. *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere; ne scilicet, cordis iacturam faciatis;* idem in Psalm. 39. de *Cordis amissione conqueritor* ^{psalm.} dicens. *Cor meum derelinquit me.* Esaias quoq; 46. *Redite, inquit, prævaricatores ad Cor.* Docuit aperte Saluator noster Matth. 6. ^{Matth.} *Vbi est: inquit, Thesaurus tuus, ibi est, & Cor tuum.* Si ergo in amissione cuiuscunque rei minime, annuli videlicet, equi, vel bovis

uis ad Beatum Antonium confugimus, ut nobis rem perditam miraculosè restituat, quāto maiori cum ratione in amissione Cordis, hoc est, in mortali existentes, ad ipsum nobis erit confugiendum, ut de perditam gratiam inueniamus? Aug. Este autem hanc cordis amissi, seu gratiæ inuentionem miraculum maxi-
mū, colligo ex August. doctrina tract. 2. In Ioan. quatenus habet impij iestificationē maius esse quam mundū ex nihilo creare. Idē colligitur ex Psal. 50. illis verbis, *cō mundum crea in me Deus.* Et ad Ephes. 4. *Induite nouū hominem, qui secundū Deū Creatus est.* Et c. 2. *Creati, inquit, in Christo Iesu in operibus bonis.* Iam vero creatio cuiusq; rei, miraculo sa est. Dei enim virtutē requirit infinitam. Qui ergo miraculū maximū in te fieri vult obtēto huius Sancti, nullum maius, utiliusve exigere potest, quā ut mundi cordis creationē à Deo sibi velit impetrare.

Solent reges, si quādo bellum ingruit, regni sui vrbes moris fortissimis circumvenire, quibus muniti ab hostium incursibus protegantur. Militiam esse vitā hominis super terrā, & superius

ostensum est, & quotidie malo nostro experimur. Muros tamē habemus Dei videlicet sanctos, quibus Deus solet populū suum circumunire, ut eorū protectione non solum ab inuisibiliū hostium iaculis defendatur, verū etiam eosdem, cū voluerit, possit facillime expugnare, iuxta id, quod ait beatus Ambrosius. *Sanctum videlicet, & iustum hominem, patriæ murū esse in expugnabile.* Huius muri defectu corrueunt Sodoma, & Gomorrha, finitimæq; vrbes; Dixerat enim Deus ad Abraham, *si fuerint de Gen. cē iusti non delebo.* Gen. 18. de le 18. uit autem, quia inuenti non sūt. Adde id, quod ait diuina Scriptura 1. Reg. 7. *Facta est manus Domini super Phylitheos cunctis diebus, Samuelis.* Ex quibꝫ verbis patet filios Israel vivēte Samuele viro iusto, & sancto, fuisse semper ab hostium impetu liberatos, insuper & ipsos Phylitheos ab Israelitis fuisse multis cladi bus attritos imperante Samuele. Vnde & ipsi Israelitæ plus semper Samuelis orationi, quā proprijs armis confidebant: Dicebant enim, *non cesses ad Dominū clamare pro nobis.*

Eodē spectat id, quod Deus ait

Annotationes in Euangelium

Ezecl.

22. ait Ezechielis cap. 22. Quæsiui virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus cōtra me pro terra, ne disciparem eam, & non inueni; & effudi super eos indignationem meam, in igne iræ meæ consumpsi eos. Quemadmodū à cœlo ad terram, quia inter se distat, nulla descenderet influentia si inter vtrunq; daretur vacuū: est enim opus medio per quod de scendere possit: sic inter Deū, & homines vacuum foret, nec quidquā boni posset inde ad nos venire, nisi mediū, & mediator esset Christus Dñs, per quem tanquam per mediū omnia ad nos possunt à Deo bona prouenire; ideo Ezechielis 22. Dicitur, quæsiui de eis virum, &c. Vbi notandū, est non omnes iustos æquales esse in gradu iustitiae, & meriti, vnde licet tunc temporis essent aliqui iusti in Civitate Hierusalem, sicut Hieremias, & Baruch, non tamen erant tanti meriti, ut per eorum orationes placcretur Deus sicut placatus est per orationem Moysi in deserto erga filios Israel. Vnde hic non dicitur, quæsiui de eis virū iustum, & non inueni, sed dicitur, quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret cōtra

me oppositus. Quasi diceret. Licet essent ibi iusti aliqui, non tamen aliquis eorum erat tantæ iustitiae, & meriti, quod posset quasi in oppositum stare contra diuinam iram. Et hoc, more humano loquendo. Vnde Glossa super illud verbum, qui oppone ret se, sic habet. Qui iræ meæ posset resistere.

Verum si tantum iuuat inuenire aliquem tantæ iustitiae, ran tiq; meriti, imò tanti apud Deū ponderis, & authoritatis, vt sufficiēs sit oponere se diuinæ iræ, ne disperdat peccatores, Ecce Domine Deus inuentus est in terra nostra beatissimus Antonius, tanti apud te meriti, vt in manu suā non solum iram tuam, sed & te ipsum ita habere meruerit, vt si è manibus eius exirevelis ad disperdendū nos, opus sit tibi, sicut & Moysi quodam, dicere. Demitte me ut irascatur furor meus contra eos. Con fidimus tamen, quod ipse in cuius manibus esse dignatus es respondebit, non demittam te nisi benedixeris mihi, & illis, pro quibus me interpono, ut salvi fiant. (...)

ANNOTATIONES IN EVANGELIVM

Matth. cap. 16.

Quem dicunt homines esse filium hominis? &c.



Oannes Euangelista Apocal. cap. 10. Refert vidisse se Angelū fortē descendente de cælo amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat ut Sôl, & pedes eius tanquam columnā ignis: & clamauit voce magna quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas. Vbi Rupertus expendens verbum illud, (locuta sunt) obseruavit post Angeli rugitum locuta fuisse septem tonitrua, quia mysteria fidei ante aduentū Christi Prophetae quidem sonabant, sed ita obscure, ut articulare loqui minime videretur. Itaq; tonitrua quidem erant, sed tantum tonabant, non loquebantur: post aduentum autem Christi Apostoli eadem fidei mysteria ita enucleatē, & explicatē prædicabant, ut in fieri dixeris hæc.

alterius rationis, & prodigiosa esset tonitrua, quæ nimirum articulatē, & humano more loqui possunt, ut ab omnibus percipiatur.

In huius rei figuram Deus Exod. 4 cum in lege veteri se se sub nebulis, & nubibus ostenderet, Moysenque ipsum legis veteris typum balbutientem reddidisset Exod. 4. Tamen in lege noua sub lingua rem figuram super Apostolos insedit, ut nimis, quæ obscurè in lege veteri mysteria ostensa fuerant, Moysesque balbutiendo indica verat, eadem ipsi lingua rū instar, clare, & articulatē loquerentur. Audi huius veritatis exactissimam probationem apud Hieremiam cap. 1. Qui in mysterio sacrissima Tinitatis tonitruū se fuisse certe confundos & inarticulatos edēs sonos.

Aia, a, Domine Deus, nescio legui,
quia

Annotationes in Euangelium

quia puer ego sum: ter enim dixit
A, quæ balbutientis pueri vox
est, propter tres personas diui-
nas, ut indicaret se comparatio-
ne eius mysterij infantem esse
nescientem adhuc articulatè lo-
qui. è contrario autem mihi vi-
dentur Apostoli tonitrua fuisse
humanas voces promentia, lo-
quentiaque articulate cum tri-
nitatis mysteria ita explicatè p-
ponebant, ut tres personas di-
uinæ suis nominibus, Patris, &
Filij; & Spiritus Sancti appella-
rent, sicut illis præceperat Chri-
stus Dominus Matth. 28. *Eun-*
tes docete omnes gentes, baptizā-
Matt. *tes eos in nomine Patris, & Filij,*
38. *& Spiritus Sancti.*

Hanc eandē ob causam cre-
dendum est Saluatorem nostrū
interrogasse discipulos suos, quæ
dicunt homines esse filiū hominis?
non quod ipse ignoraret, sed
ut beatus Petrus ex omnium
persona id, quod Prophetæ ali-
quantulum sub obscurè, & velo-
ti balbutiendo sonuerant, ipse
iam luce clarius meridiana pre-
dicaret dicens, *Tu es Christus fi-*
lius Dei vivi. Et hoc est, quod ait

Cor. Paulus 1. Cor. 14 *linguae in sig-*
14. *num sunt non fidelibus, sed infide-*
libus: prophetæ autem non infide-

libus, sed fidelibus. In quem locū
D. Thomas sic ait. *Donum lin-*
guarum datum est non fidelibus ad Diu-
credendum, quia iam credunt; sed Tho-
infidelibus ut conuertantur. Pro-
phetæ ergo datae sunt ad instru-
ctionem fidelium, qui iam credunt; PL.
linguae verò ad arguendos infide-
les, ut excusationem non habeant 3
si non credant. Petrus igitur hāc
orthodoxæ fidei veritatem, quæ 3
à prophetis fuerat obscurius in
culta, ita iam clara voce pre-
dicauit, ut à nullo possit igno-
rari. Prophetauerat Michæas c. Mich
5. testatusq; fuerat diuinā Chri-
sti generationem sub his ver-
bis. Egressus eius ab initio à diebus 5
æternitatis. Vbi per egressum
intelligi voluit emanationē di-
uinam, qua filius à Patre ema-
nat; cum verò ait, à diebus æter-
nitatis, intelligivoluit filium nō
vicunque, sed semper à Patre
generari, sicut ait ipse pater in
Psalm. 2. filius meus es tu, ego hodie PL.
genui te. Hanc verò Christi ge-
nerationem, quam confiterite-
nemur clarius prædicavit Pe-
trus dicens, Tu es Christus filius
Dei vivi.

Meminisse oportet hoc loco
id, quod Ioannes Euangeliſta
cap. 1. ſui Euangeliſtſcribit, nē-Iohann.
pe

pe omnes Christi fideles filios
Dei appellari, & esse. Quotquot,
inquit, receperunt eum, dedit eis
potestatem filios Dei fieri. Id quod
multo ante prædictum fuerat
in Psal. 81. Ego dixi Dij estis, &
filij excelsi omnes. Vbi nullo mo-
do intelligendum est illos natu-
ra esse filios Dei, sed gratia, hoc
est, filios Dei esse, in Cruce pro-
mundi salute mortui. De qui-
bus Dei filijs loquitur Esaias c.
53. Cum sic de Christi genera-
tione in cruce, prophetauit. Si
posuerit animam suam, videbit se-
men longænum. Et eodem capite
de eisdem ait. Generationem eius
quis enarrabit, quia abscissus est de
terra viuentium? Quasi dixerit;
nō mirum si tantam habere de-
beat filiorū generationē, quo-
niam ipsa morte, in star plantæ
putabitur, ut fortius erumpat.
Iuxta quam expositionem per-
inde fuit Christum in Cruce pa-
ti, atq; in star plantæ putari, ut ex
ipso infinita propemodum filio-
rū multitudo germinaret veluti
exputatione arboris copiosa frō-
dium, atque ramorum multitu-
do solet pullulare. Hanc verō
filiorum multitudinem Chri-
stus Ecclesiam appellavit cum
dixit. Super hanc petram ædifica-

bo Ecclesiam meam. De qua etiā
Ecclesiæ ædificatione Propheta
in persona ipsius Christi locu-
tus est in Psal. 128. Dicens. Su-
pra dorsum meum fabricauerunt
peccatores. Quem locum, ut ob-
seruauit Theodoreetus, Aquila
sic transtulit. Supra dorsum meū
Psal. 128
Theo
arauerunt peccatores. ea verò si-
militudine significatur Christi
dorsum quasi tellurem frugi-
feram fuisse, flagellis, & verbe-
ribus proscissam, & aratam, ut
in eam sementis vniuersæ Eccle-
siæ iaceretur, ex qua infinita fi-
delium seges pullularet. Eodēq;
modo supra dorsum martyrum
arant persecutores, & seminant
segetē meritorum; & iuxta vul-
gatam editionem (fabricarunt
peccatores) fabricāt illis pulcher-
rimas gloriæ coronas.

*Et portæ inferi nonpræ- 4.
ualebunt. &c.*

Huius Christi promissionis
veritatē videtur regius
vates præuidisse, cum in perso-
na ipsius Ecclesiæ vetricis, &
lætabundæ ita cecinit. Sæpe expu-
Psal. 128
gnauerunt me à iuuentute mea, di-
cat nunc Israel; sæpe expugnaue-
runt me à iuuentute mea, et cim-
non

Annotationes in Euangelium

non potuerunt mihi. Quo loco ad literam sermo est de Sinago-
ga, cuius pueritia in Ægypto fuit
vbi cœpta est eius persecutio.
Et generalius de Ecclesia, quæ
in sua infantia oppugnata fuit
cum Caim Abelem fratrem ob-
truncavit. Sic enim hunc locū
intelligit Augustinus in comēt.
Magnus, inquit, **affectus** sic cœpis-
se quasi aliquid iam loqueretur: vi-
detur enim non cœpisse, sed respon-
disse. Respondet autem quærelis,
cogitationibus infirmorum: cœ-
pe expugnauerunt me à iuuencione
mea. Num quid illa non peruenit
ad senectutem, quia non cessauen-
runt illi impugnando? consoletur
igitur se Ecclesia de præteritis exē-
plis: & dicat. Etenim non potue-
runt mihi, &c. Quomodo enim
euerteret, & solo exquare potuif-
sent illud ædifficiū, quod supra
Christi dorsū, hoc est firmissi-
mā Petrā erectū fuerat, scilicet,
Tu es Christus filius Dei vivi?

Ionictam verò Ecclesiæ potē-
tiam, aduersus quam portæ in-
feri non præualebunt, describit
Amos cap.7. Vbi iuxta transla-
tionē septuaginta ita legimus.
Ecce vir stabat super murum ada-
mantium, & in manu eius ada-
mas, & dixit Dominus ad me: quid

tu vides Amos? & dixi. **Adama-**
tem. Ecce ego in ijciam, ait Domi-
nus, adamantem in medium populi
mei Israël. Vbi cernis Ecclesiā
esse murum adamantium, hoc
est, omnino insuperabilem; &
Christem Dominum appellari
adamantem in manu patris cō-
stitutum, ab eoque iactum in Ec-
clesiam, imō in orbem vniuer-
sū, ut eius vim omnino inuestā
aduersus hostiū suorū potentia
declararet. Vnde apud Hiero-
niā c. 50. Dicitur confractus, &
confractus esse malleus vniuerſe
terræ; id est dæmon, eiusq; secta-
tores, siue heretici sint, siue tyra-
ni, quoniā murū Ecclesiæ ada-
mantinū, Adamantēq; Christū,
alternis ictibus frangere cū co-
natur, ipsi potius ab adamantis
vi insuperabili, conteruntur. Ea
dē fortitudo exprimitur Esaiz.
54. **Ecce ego**, inquit, **sternā** per or-
dinē lapides tuos, & fundabo te in
saphiris, & ponā Iaspidem propug-
nacula tua. Quem locū beatus
Hieronymus intelligit de im-
mobili Ecclesiæ firmitate: est
enim saphirus gema durissima;
iaspis autem aduersus timores vim
habet. Est ergo Ecclesia funda-
ta in saphiris, quia supra diuinā
virtutē, & potentia iacta habet
fir-

missima fundamenta. Propugnacula etiam murorum sunt ex iaspide, quia nihil sibi ab hostibus timet.

Verū non est prætereunda eiusdē loci, iuxta septuaginta, trāslationē, q̄ sic habet. *Ecce ego præparabo tibi Carbunculum lapidē* Cyril. tñ. In quē locū Cyril. Alexādrī nus docet per Carbunculū Chriſtū esse intelligendū: cuius similitudinis eā affert rationē: quo-
niā, inquit, qui in Christū credide-
rit non pudifiet. Id autē non ca-
ret difficultate, cū Carbunculus
sit gēma rubicunda. Sed ea simi-
litudo iuxta Cyrili sententiā sic
videtur accipienda. Fideles cū
sanguine Christi valde rubeant,
quantūcumq; iniurijs affician-
tur, non possunt amplius rubore
suffundi, vt confusione præsefe-
rāt, quia iam per Christi imita-
tionē, omnē confusione rubo-
rē induerunt: sicut is, qui maxi-
mē esset natura rubicundus, nō
posset amplius rubore suffundi,
quēadmodū prædixit Elaias c.
28. *Qui crediderit, inquit, nō festi-
ber; quod exponētes superuagin-
at transstulerunt, qui crediderit in
eum non confundetur.* Quam trāslationem securius est beatus Pe-
trus in prima sua Cantic. cap, 2.

Itaque non festinare est non confundi, sicut festinare idem est, quod confundi: solent enim qui pudore afficiuntur cito dis-
cedere, & festinare, ne confu-
sio eorū appareat. Nostri quo-
que Lusitani idiotismū He-
bræum eodem sensu imitantur,
currere pro pudeſieri usurpan-
tes. Dicimus namque de illo,
qui pudore afficitur. Correοse,
ouesta corido.

6.

*Porta inferi non præua-
lebunt.*

VIdit Ioannes in Apocal. ^{Apoc.}
^{12.} cap. 12. Mulierem amictā
sole, hoc est, Ecclesiam amictā
Christo, propter singularē pro-
tectionē, quavndequaq; ab eo
munitur. De qua protectione Ps. 624
loquitur Propheta in Psalmo
124. cum sic habet. *Qui confi-
dunt in Domino, sicut mons Sion,
non commouebitur in æternum,
qui habitat in Hierusalem. Montis
in circuitu eius, & Dominus in cir-
cuitu populi sui.* Id circa etiam
Elaiæ 27. Dicitur Christus Ec-^{Esaï.}
clesiā sicut murus vndiq; ambi-
re. *In die illa catabitur cāticū istud
in terra Iuda. Vrbs fortitudinis &
firæ Sion: Saluator ponetur in ea*

Annotationes in Euangelium

murus, & ante murale. Quo loco notandum est, ut huius protectionis magnitudo explicetur, Christū non solum Ecclesiæ marum, sed insuper ante murale appellari, propter geminam secundam vitramq; naturā protectionem, qua Ecclesiā vndeque tuetur: quaere dere vide ea, quæ

Zach. adnotauimus supra pro festo
2. B. Blasij ubi hic Zachariæ locus copiosius explicatur, nēpe.

Ego ero eis murus ignis in circuitu, ut in gloria ero in medio eius, in Hebreo, ut aliqui adnotarunt, pro eo quod nos habemus (in gloria) habetur verbum significās etiam iecur, ex quo nimirū con-

coctū alimentū in reliquas par-

tes diffunditur; & purificatus

sanguis, reliquis membris alienis transmittitur; quam iecoris

similitudinem, ut notauit Aries

Aries Montanus cōmentario in Za-
char. Sūmo mysterio ad se trans-

ferens Deus, significauit se Ec-

clesiæ suæ, quæ corpus ipsius est

mysticum, necessarium alimen-

tum, vitam, virtutemq; cōmuni-

caturū. In modo futurū tempus, quo

totum sanguinem per passionē

in omnia Ecclesiæ membra ad

alimentum transfunderet; & in

Sacramento Eucharistie man-

ducandum corpus, & bibendum sanguinem fidibus tribueret, iuxta illud quod de filijs Aquile dicitur Job. 39. *Pulli eius lambent sanguinem.* Qui locus ad Sacramentum Eucharistie referri potest, in cuius participatione fideles pulli aquilarum vocantur, quia huiusmodi sacramentum maxime perspicacem, & aquilinam fidei aciem desiderat.

Tantis ergo Ecclesia munera præsidij tantum abest, ut persecutionibus fracta possit aliquando corruere, quod ipsa potius tyrannorum eam persequentiū vires facile franget: Id enim multo ante prædixit Zacharias Propheta cap. 12. Hac eleganti similitudine. *Et erit in die illa ponam Hierusalem lapidem oneris cunctis gentibus: omnes, qui leuabunt concisione lacerabuntur.* Huius verò similitudinis rationem exponit beatus Hieronymus in cōment. suis super Zachar. mox inquit, *est urbibus Palestina, in viculis, opidis, & castellis rotundi ponantur lapides grauissimi ponderis, ad quos iuvenes exercere se soleant. Sensus ergo talis est. Ponam Hierusalem lapidem oneris cū cunctis populis quasi grauissimum lapidem*

pidem subleuandū: leuabunt quidē
eū, & pro viriū varietate vastabūt
sed necesse est ut dū leuatur, in ipso
mixu, & leuatione ponderis, gra-
uissimus lapis cissuram aliquā in
leuantium corporibus derelinquat.
Super Ecclesia verō sic interpretari
potest, quod cūcti persecutores, qui
contra domū Dñi dimicarunt, ine-
briētūr eo calice, quē vniuersis gē-
tibus propinat Hierom. 25. Vbi bib-
bant, & inebriētūr, & cada, & vo-
mant, & insaniant. Hæc Hieron.
Oportuit autē Ecclesiā persecu-
tionibus exerceri, vt mira Dei
virtus magis elucēret, quatenus
ipsa ecclesia persecutionibus vi-
deretur augeri. Quā obcausam
Iustinus in Dialogo cū Tripho
ne p̄secutionē ecclesiæ putatio-
ni viueæ cōparauit. Ut enim, in-
quit, vineæ putatione ad libertatē
pronocātur: ita Ecclesia persecutio-
nibus crescit. Et Tertullia. in A-
pologetico cap. vltimo plures,
inquit, efficiuntur, quoties mētimur
à vobis. Semē est sanguis Christianorū.
Eodem pertinet, quod ait
Chrysostom. serm. in Iuuentiū,
& Maximū martyres. Sicut, in-
quit, plantæ rigatæ magis crescunt,
ita & fides nostra oppugnata ma-
gis floret; neq; horti aquis irrigati
ita germinant, vt Ecclesia si marty-
rum sanguine irrigetur.

Ettibi dabo claves Regni
Cælorum.

FCce nobis, fratres, mira Pē-
tri dignitas iam incipit ap-
parere, de qua Bernard. serm. Beru.
69. in Cant. Dedit, inquit, Chri-
stus, accepit Petrus, nec inflatus de-
scientia, nec præcipitandus de po-
tentia. Et hæc claves quæ? Pote-
stas aperiendi, & claudendi, atque
inter excludēdos, & admittendos
discretio. Mira Petri dignitas, qua
Christo persimilis apparet: de Chri-
sto enim ait Angelus Mariæ: dabit
ei Dominus Deus sedem David p̄-
tris eius: easdem sedes, & Cathe-
dram Petro concedit, de qua Psal-
tes ait, & in cathedra seniorū lau-
dent eum. Christo regnum stabitur
in æternum: sic & Petro, quia por-
tae inferi non præualebunt aduer-
sus illius regnum. De Christo Esa-
ias ait. Dabo clauem David super
humerum eius: claudet, & nemo
erit, qui aperiet, aperiet, & nō erit,
qui claudat. Ita Petro nunc dicitur,
dabo tibi claves regni Cælorum:
quodcumque ligaueris super terram
erit ligatum, & in cælo, & quod-
cūq; solueris erit soluiū. &c. Adde
in eandē sententiam, quæ habet
B. Ioannes Chrysostomus lib. 3 Chry-
sost.
de sacerdotio. Pater, inquit, om-

Aa ni-

Annotationes in Euangelium

nifariam potestatē filio dedit: ceterū video ipsam omnifariā potestatē à Deo filio sacerdotibus esse tradi- tā: ipsi enim habent potestatē, quā Deus nec Angelis voluit esse datā: neq; enim ad illos dictū est, quod cunq; ligaueris super terrā erit li- gatum, & in cælis. &c. Denique ea est Petri potestas in Cælo, & in terra, ut dixerit Bernardus, quod præcedit sentētia Petri sentē- tiā Cæli. Cū autē Petro Dñs ta- lē dederit potestatem mirū sane videri debet, id quod ait Ber- nardus in laudē ipsius Petri, vi- delicet eā accepisse à Christo po- testatē, nec de scientia inflatū, nec de potentia præcipitandū.

Iob 24 Ecce in B. Petro iam Deus re- periet id, quod olim in B. Iob yronicē loquens requirebat. Si habes, inquit, brachiū sicut Deus, & simili voce tonas; circūda tibi decorē: esto glriosus, & in sublimē erigere. Maius quiddā ostēdo in Petro, quā Deus in Iob Patriar- cha requirebat: ipse enim suo modo brachiū habuit sicut De⁹ hoc est potestatē in cōmissā sibi Ecclesiā. Extendit brachiū suū, & traditis sibi à Christo clavib⁹ aperit cœlū, pascit Dei oues in terra: concedit eis insuper in purgatorio existētibus indulgē

tias, ut in patriā cœlestē possint citius euolare. Simili etiā voce tonat dicēs remittūtor tibi pec- cata tua, quæ vox solius Dei est: *Quis enim potest remitteret pecca- ta nisi solus Deus.* Cū igitur Petri tantus fuerit in terra, nō tamen idcirco in sublime eretus est, imò tantā à Dño accipiēs pot- estatē minimū se omnibus existi- mabat, in tantum ut dixerit. exi- à me Dñe quia peccator sum.

Meminisse tñ oportet eos, qui similē à Deo acceperunt pot- estatē, id quod ait B. Greg. hom.

26. super euangelia, loquēs de ea potestate, quā apostoli à Chri- sto acceperūt. grādis, inquit, ho-

nor, sed graue podus istius est hono- ris: durū quippe est, ut qui nescit te-

nere moderamina vita suæ, iudex

fiat alienæ, & plerūq; contingit, ut

hic iudicij locū teneat, cui ad locū

vita minimē concordat: ac proinde

cepe agitur, ut vel dānet imeritos,

vel alios ipse ligatus soluat. Exodi

quoq; c. 19. ait Dñs. Sacerdotes,

qui apropinquāt Dño Deo, sancti- fificantur, ne forte recedat ab illis

Dñs. Quibus verbis ostēditur,

ut ait Theodoretus, quanto subli-

miores terrenis illos esse conueniat

quibus diuinum munus creditū est.

Et Lepitici c. 4. præcipitur pro-

sus

sus cremari victima, quæ offer-
tur pro sacerdote: ratione reddēs
Theodoretus ait. *Vt integratē*
sacerdotis demonstraret, qui non ali-
quatenus, sed totū plane se dedicā-
verit Deo Unicorū. Quāobrē,
qui tāta fruūtū dignitate, me-
minerint posse quidē de tali as-
censu ita gaudere in Dño, vt
sciant tamen, sibi de lapsu sem-
per magnopere esse timendū.

Solet virtutis præstantia cor
humanū ad superbiā inuitare,
sic & altitudo alicuius ædifici-
ej efficit vt caput ambulantis
multories euaneat. Quam ob-
caolam forte Petrus permisus
est Christū negare; sicut etiam
Apostolus Paul. ait 2. Cōr. 12. da-
con. tū sibi à Dño stimulū carnis an-
gelū satanæ à quo colaphiza-
retur; assignansq; huius rei cau-
sam, ne magnitudo, inquit, revela-
tionum extollat me. Id autē vir-
tuti conseruādæ maximè expe-
dire ex eo ostenditur, quod ro-
ganti Paulo ut auferretur, dictū
est à Dño. *Sufficit tibi gratia mea;*
nā virtus in firmitate perficitur: eā
de obcausā propheta post lapsū
ait in Ps. 118. *bonū mihi, quia hu-*
miliasti me. hæc est enim, vt ait B.
Hierony. in omnibus sola perfectio
sua imperfectionis cognitio. Hinc

est, quod Apostolus Paulus cū
tantus esset, vt Deus esse crede-
retur, vt refert Lucas Act. 14.
Priora tamē agnoscēs crimina,
dele ipso ait. 1. ad Cor. 15. *Ego*
autē sum minimus Apostolorū, qui
non sum dignus locari Apostolus,
eo quod persecutus sum Ecclesiam
Dei. Petrus quoq; memor se
Dñm negasse adeò humiliatus
est, vt totū vitę tempus cōsum
plerit in huiusmodi delicto de-
plorādo, qua lacrymarū effusio-
ne ita profecit, vt de eo Ambro
sius dixerit, *feliciter ille cecidit,*
quā alij steterūt. Vere quidē di-
ctū est felicius illū cecidiſſe, cui
iam ante calum Dñs ignoscebat
dicēs. *Ego rogaui pro te Petre, vt*
non deficiat fides tua; tu aliquādo
conuersus confirma fratres tuos.
Luce. c. 22. Neq; hoc insolitū
videri debet apud diuinā boni-
tatē, & clementiā, de qua B. Au-
gustinus ad illa verba eosdem
Christi in cruce exaltati, videli-
cet, *Pater ignoce illis*, sic habet.
illis iam patet veniam; à quibus
ad huc accipiebat iniuriam: Non
enim attendebat à quibus patieba-
tur, sed pro quibus moriebatur. De-
nique, vt plurimum, verum est,
quod ait Paulus ad Rom. cap. 4.
Nb̄ abundauit delictū, superabun-
dauit,

Annotationes in Euangelium

davit & gratia. In tantū, ut Paulus dixerit. quid ergo? manibimus in peccato, ut gratia superabundet? absit. Cernitur autē efficacia pænitentiæ, & grauiæ abūdantia in hoc, quod aliquādo multo plus Deus reddit pænitēti, quā ante peccatū habuerit innocens: videmus enim Magdalena pænitentē multo clariorē, quam Marthā innocentem. Filius etiā ille prodigus, ut notauit Bernardus ad tantam gloriā peruenit, quod potuit ei filius innocēs, inuidere. Deinde ouis illa errabunda nūquā

Grēg. pastoris humeros ascendisset, nisi erraret: quare B. Gregorius primorū parentum culpā felicē appellauit, quatenus in causa

II. fuit ut ouis illa naturę humanę, quę peccando perierat, à Deo quereretur, inuentaq; pastoris diuini humeris imposita, hoc est diuinitati hypostatice vñita, in caulā cęlestis gloriæ portari merebatur. Felix, inquit. culpa, quę talē, ad tantū meruit habere redēptorem. Alias enim eadē culpa infelix potius dicēda esset, quatenus scilicet Dei offensa, non aliter ignoscenda quam morte ipsius

fr. Frā ciscus. Ortis. redēptoris: hoc enim sensu eā quidā infelicē appellauit, alludēs adverba Gregorij in hūc modū.

Infelix, inquit, culpa, quę tali, ac tanto indiguit redemptore.

Alia potest etiā ratio assignari, eaq; potissima, obquam Deus permiserit lapsum Petri, cui poststatē dabat aliorū peccata relaxādi; nimirū ut Petrus propriū memor infirmitatis, alienā libētius miseretur. Hæc enim fuit ratio cur Deus voluit ut Pōtifices nō ex Angelis, sed ex hominibus assumerentur sicut ait Paul. ad Hebr. c. 5. Omnis nāq; Pontifex ex hominibus assūpus, pro hominibus constituitur in ijs, quę sunt ad Deū, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis: qui condolere possit ijs, qui ignorat, & errat: quoniam & ipse circundatus est infirmitate. Voluit igitur De⁹ ut Pōtifex circundatus esset infirmitate, ut erga peccatores circundaret etiā misericordia, ne crudelitas ingredere ē quāuis veller quatenus a circundante misericordia impeditur. hac eadē ratione vtitur Paul. ad Hebr. 4. Cum loquitur de Christo Pōtifice secundū ordinē Melchisedech circundato etiā infirmitate pro similitudine tamē absq; peccato. Nō habemus inquit, Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tenatum per omnia, pro similitudine absq;

absque peccato, ut misericors fieret. &c. Eodē pertinet id, quod ait ad Hebr. 2. nusquā Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ, unde debuit per omnia fratris huss assimilari, ut misericors fieret. quę verba sic explicat Bernardus tract. de duodecim gradibus humitatis c. i. Vnde, hoc est, ex qua seminis assumptione: Debuit per omnia fratribus assimilari; id est oportuit, ac necesse fuit, ut similis nobis passibilis, nostrarū omnia (excepto peccato) genera miseriārū percurreret. Si quæris qua necessitate? Ut misericors, inquit, fieret. Ideo enim pati, ac tentari voluit, ut similiter passis, ac tentatis, misereri, ac compati ipso disceret experimēto: non dico, ut sapientior efficeretur, sed ut 12. propinquior videretur, quatenus infirmi filij Adam suas illi infirmitates committere non dubitarēt, qui sanare illas, & posset ut Deus, & vellet ut proximus, & cognosceret ut eadem passus. Hæc Bernar. Idē sanctus, & mellifluus Doctor serm. 56. in cāt. eodē ferme modo, & lensu explicat verba illa cant. 2. En ipse stat post parietē nostrū respiciēs per fenestras, prospicciēs per cancellos appropiauit, inquit, parieti diuinus sponsus cum adhæsit carni. Caro paries est, &

appropriatio spōsi, Verbi incarnatio. Cancellos, & fenestras, per quas respicere prohibetur, sensus carnis, & humanos dicit affectus, per quos experimentū caput humanarū necessitatū. Deniq; languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Humanis ergo affectionibus sēsibusq; corporeis pro foraminibus Iesus est, & fenestrīs, ut miseria hominū factus, exprimēto sciret & misericors fieret. &c. Quo eodē lēsu intelligit, & exponit ibidē, illa verba Psal. 105. Dixit ut disperdiret eos, si non Moyses ele. Etus eius stetisset in confractione in conspectu eius, ut auerteret iram eius ne disperderet eos. Quibus verbis vult allusionē fieri adverbū Canticorū, stat post parietem nostrū. Solus, inquit, Christus in carne stetit, qui carnis peccatum non sensit. Quonā modo Moyses stetit in cōfractione? quēadmodū aut stetit si fractus est, aut si stetit, quomodo fractus est? & ego tibi ostēdo si vis, qui vere stetit in cōfractione. Ego aliū noui neminem, qui hoc potuerit, nisi Dñm meum Iesum, qui certe in morte tinebat, qui corpore fractus in cruce, divinitate stabat cū Patre, in tno nobis cum supplicans: in altero cum Patre propitians.

Annotationes in Euangelium

Quod si filio Dei Domino nostro Iesu Christo, cui propriū est misereri semper, & parcere, opus fuit nostras pati infirmatēs, & miseras, ut misericors fieret, cœlestisq; Pater nō prius nostra dignatus est ignoscere delicta, quā vnigenitū filiū eadē in cruce portantē respiceret, quomodo ignosceret Petrus delin-

quētibus, nisi etiā, & ipse eisdē se infirmitatib; circūdatū videret, ineminiassetq; se ante gallicinū in eadē nocte ter Dñm abnegasse? Permisit itaq; Dñs Petri casū, quia Pōtis sex futurus erat. Vnde, & ipse Apostolus de se dicere potest id, quod in persona Didonis Poeta cecinit. *Non ignorara mali miseras succurrere disco.*

¶ Pro die festo B. Mariae Magdalene

ANNOTATIONES IN EVANGELIVM

Lucæ cap. 7.

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, ut cognovit, quod Iesus accubuisse in domo Simonis leprosi. Et c.



I. *Xaggerat Euāgelistā facinus mulieris, ut accusaret gratiā Saluatoris. Mulier, inquit, in ciuitate peccatrix. Grande malū non tantum peccasse, sed alijs quoq; causam extitisse peccādi. Audiamus Apostolū. i. Cor. 8. huius peccati magnitudinē exaggerantē, cū scilicet aduersus idolothita manducantes, & ita scandalū præbentes infirmis fratribus sic arguit, Siquis viderit eum, qui habet scienc-*

tiam in idolo, id est templo idolorum, recumbentē, non ne conscientia eius cū sit infirma, edificabitur ad manducandū idolothita, & peribit infirmus in tua conscientia frater, pro quo Christus mortuus est? sic autē peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eius infirmā, in Christū peccatis. B. Ioannes Chrysostomus primū obseruat verba illa Apostoli, propter quē Christus mortuus est: quia videlicet, qui scandalū præbet, destruit opus Chri-

Christi, quod ipse sua passione perfecit. Deinde obseruat idē Sanctus Doctor verbum illud, persecuentes; non dixit, inquit, scādalizantes, sed percutientes: etenim omni plaga grauius est scandalum cum sæpe mortem afferat. &c. Vnde ipse Paulus capitulo sequenti postquam probavit deberi ab auditoribus concionatori vivitum, subiunxit se iuri illi voluisse cedere, ne quod offendiculum daret Euangelio Christi, Non v̄si sumus hac potestate, sed omnia sustinemus ne quod offendiculum demus Euāgelio Christi. Vbi Chrysostomus, non dixit, inquit, euersionem, sed offendiculum, neq; simpliciter, sed aliquod offendiculum.

Huius etiam peccati perniciē metuebat Sara vxor Abraham cū videret Ismaelē Agar filium ludentē cū Isaac filio suo. Gen. 21. quē ludū aliqui referunt ad libidinē; pro cuius loci expositione, & intelligētia adnotarūt Hebreæ linguae periti, verbum Hebraicū, pro quo noshabem⁹, ludentem, multa significare. Primo significat ludū seu iocū. Secundo idolatriam; & de vtraq; significatione intelligi potest il- lud Exod. 32. Sedit populus man

ducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Et quidē Paulus. 1. Cor. 10. Locum exodi de idolatria intellexit. Tertio, accipitur pro illudere vt Gen. 39. Venit ad me seruus Hebræus vt illudere mihi. Quarto significat occidere. 2. Reg. 2. Surgant pueri, & ludant. Hoc est occidāt se inuicē digladiando. Quinto, significat vénére exercere Gen. 26. Aspiciens Abimelech Palæstinorum rex per fenestram, uidit Isaaciocantem cū Rebecca uxore sua. Id est, debitū uxori reddentem.

Ex hac verò tam multiplici huius verbis significative, multiplex quoq; orta est propositi loci expositio. Primā, & tertīā, assert B. Hieronymus de sentētia Hebræorum, in traditionibus Hebraicis, siue, inquit, quod idola ludere fecerit iuxta id, quod scriptum est Exod. 32. Surrexerunt ludere: siue, quod aduersum Isac Ismael quasi maioris aetatis, ioco sibi, & ludo primogenita vendicaret, quod quidem Sara audiens non tulit; & hoc ex ipsius approbatur sermone dicentis. Eiже Ancillā, & filiū eius: non enim erit hæres filius ancillæ cū filio meo Isāc.

4. Expositio est Achatij apud Lypomanū in sua catena super

Annotationes in Euangelium

Genesim, Ismaelem scilicet tē-
tasse cautē occidere Isaac, vt ad
ipsum hæreditas deueniret; cui
videtur cōcinere illud Pauli ad
Galat. 4. *Quemadmodū is, qui*

*secundum carnem natus est, hoc
est Ismael; persequatur eum, qui
secundum spiritū, id est, Isaac.* &c.

3. *Quinta expositio est aliorū
Iudum istum ad lasciviam refe-
rentium; quam expositionem
tangit Lyrannus; quasi Ismael
abuti voluisse Isaac; aut certe
eundem aliquod genus libidi-
nis edoceret quemadmodū do-
cet Glossa interlinealis. Ex his
verò expositionibus illæ vidē-
tur probabiliores, quæ lusum
istum ad idolatriam, vel tur-
pitudinem referunt: devraque
enim possumus accipere illud
Pauli ad Galat. 4. vbi lusum hūc
persecutionem appellauit. Quę
enim maior persecutio esse po-
test, quam vt aliquis ad peccā-
dum alliciatur? quā ob causam
Lucas Euanglista Magdalena
peccatum exaggerādum puta-
uit dicens. *Mulier, quę erat in ci-
uitate peccatrix.**

1. Re:
4. Eandem ob causam credendū
est Heli sacerdotem capitis de-
disse pœnas, vt refertur 1. Reg.
4. quod scilicet filios, qui po-

pulum à sacrificio auocabāt, &
cum fœminis ad ostium taber-
naculi devotionis causa accu-
bantibus, turpem consuetudi-
nem habebāt, leuiter obiurgas-
set, vt habetur 1. Reg. 2. in quē
locū Beda iuxta literam, inquit,
*non negligēter intuendū quod cor-
ripuit quidem filios Heli, sed quia
iustā correptionem spernentes ab-
ijcere supersedit, & nā cum ipsis di-
spcrijt. quid ergo nostri similes me-
rētur, qui emendare non audēt,* &
*quod cunctus populus clamitat, neſ
cire ſe ſimulant. Quantum verò
ſit hoc peccatū collige ex ver-
bis contextus, vbi dicitur. Erat
autem peccatum puerorum grande
nimis, eò quod retrahebant homi-
nes à sacrificio Dei. 1. Regum. 2.
Secundò collige idem ex pec-
cato Dauid. 2. Reg. 12. à quo
cum iam absolute eſſet, dicen-
te Natham, *Dominus tranſtulit
peccatum tuum à te non morieris,
addidit; & veruntamen quia bla-
phemare fecisti inimicos Dñi, filius
qui natus eſt tibi morte morietur.*
Hoc autem Dominus fieri iuf-
fit, vt ſcandali culpam puniret.
*Qua forte ratione prima mu-
lier acriori fuit ſententia à Do-
mino punita, quia ſcilicet pec-
care fecerat virum ſuum offe-
rendo**

rendo pomū: additum est enim illius supplicium cum dictū est, multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris: ipse dominabitur tui.

Quare non immerito Deus inuehitur in Episcopum Pergami; non eò præcipue quod ferret in suo episcopatu libidinosos homines, sed quod ferret libidinem docentes, cuiusmodi erant Nicolaitæ, qui libidinem licitam esse prædicabant, quam ob causam ibidem discipuli Balæam appellati sunt; is enim docebat Balach mitteret scandalum coram filijs Israel. Numer. 31. vnde etiam maximè reprehenduntur illi Iudæi, qui Hierosolymis crexerunt gymnasium, in quo gentilium leges, ac mores docerentur, quemadmodū videre est apud Iosephum libr. 4. antiq. & lib. 1. Machab. cap. 1. vbi sic legim⁹. In diebus illis exierunt ex Israel viri iniqui, & suaserunt multis dicentes. Eamus, & disponamus testamentum cum gentibus, quæ circa nos sunt, quia ex quo recessimus ab eis innenerunt nos mala: & bonus Iesus est sermo in oculis eorum, & ædificaverunt gymnasium in Hierosoly-

mis secundum leges nationum. Lyranus gymnasium interpretatur scholā, in qua docerentur leges, & statuta gentiū. Nō desunt, qui hoc gymnasium de prostibulo puerorū accipiūt. Quē admodum testatur Vgo Cardinalis in eum locū; concinitq; id quod dicitur in lib. 2. Mach. c. 4. nimirū Iasonem Oniæ fratrem, summum sacerdotium ambiētem, promisisse Antiocho talēta trecenta sexaginta, & ex redditibus talents octoginta, & alia præterea centū quinquaginta, si sibi faceret potestatē constituēdi Hierosolymis gymnasium, & Ephebiam, id est lupanar seu prostibulū Epheborum, hoc est adolescentiū. Ex quibus omnibus iam collige quantavis pœna dignā fuisse hāc mulierē, de qua Euāgelista loquitur dicēs, quod erat Mulier in ciuitate peccatrix; non quidē tanta dignam pœnam eam dixerim quia peccatrix, sed quia in ciuitate peccatrix, iuxta id, quod Christus Dominus ait Matih. 18. Qui scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur molla asinaria in collo eius, & demergatur in profundam maris.

Annotationes in Euangelium

*Vt cognouit quod Iesus ac
cubuiisset.*

VT cognouit cœlestē me-
dicum in domū introisse
5. Simonis leprosi, vt eū à peccati
lepra curaret, qua ipsa quoque
periculoso laborabat, ægra cur-
rit ad medicum. *Vt cognouit,* in-
quit Euangeliſta. Multa tunc tē
poris Maria, Domino docente
cognouit. Primō cognouit præ
sentis vitæ tempus nostrū esse;
idq; maximo Dei beneficio no-
bis datū ad bene operandum,

Gal. 6. iuxta illud ad Galatas c. 6. bonū
facientes non deficiamus: tempore
enim suo metemus non deficientes.

*Ergo dum tempus habemus opere-
mur bonum.* Secundo cognouit
vitæ huius tempus appellari mi-
sericordiæ tempus. Psal. 101. Tu
exurgens misereberis Sion; quia tē
pus miserendi eius. quia videlicet

Psal. modo Dei misericordiā possu-
mus promereri. *Quo etiā sen-*

100. *sa dixit in Ps. 100. Misericordiā,*

Aug. *& iudicium cantabo tibi Domine.*

vbiB. Augustinus, non sine causa
inquit, dictum est misericordiam,
& iudicium, non autem iudicium,
& misericordiam: quia modo tēpus
est misericordiæ; futurum autem
tempus iudicij est. Idem signifi-

cauit Paulus 2. Cor. 6. illis ver-
bis. *Ecce nunc tempus acceptabile,*
Ecce nunc dies salutis. Tertiō.
cognouit mulier hæc, tempus
præsens tēpus esse visitationis,
quia Deus modo nos per mis-
ericordiam, & beneficia visitat;
quod qui modo non cognoscit
vt resipiscat, certo sciat se esse
de numero eorum, super quos
Christus Dominus dicitur fle-
uisse Luc. 19. *Vides, inquit, ciui-
tatē fleuit super eam;* causamque
assignans subdit. *Veniet dies in te*
& circundabūt te inimici tui, &c.
*Eò quod non cognoveris tēpus vi-
sitationis tuæ.* Quartō cognouit
Maria nunc tempus esse nundi-
narum, iuxta illud Ezechiel. 7.
Venit tēpus, appropinquauit diēs. **Ez.**
qui emit non læterur, & qui vedit
non lugeat. Est ergo nundinarū
tempus emendi, & vendēdi, ea
potissimum de causa, quoniam
quemadmodū in nundinis vi-
liori solent pretio merces com-
parari: ita modo exiguo pretio
infinitę propemodū merces ce-
lestium bonorum acquiruntur,
iuxta illud 2. ad Cor. 4. *Id, quod* **1. Cor.**
in præsenti est momētanum, & le-
ue tribulationis nostræ, supra mo-
dum in sublimitate, æternum glo-
rie pondus operatur in nobis. *Quo*
loco

loco obseruandum est felicitate gloriæ appellari pondus, quia sua magnitudine eleuat, & tollit omnes vitæ labores, ac difficultates: quippe quæ eius comparatione levissimæ sunt, & nullius ponderis, sicut docet Paulus ad Rom. 8. dicens, non sunt dignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Hæc eadem nündinarum similitudo usurpata est à Christo Dño Luc. 19. illis verbis, negotiātūmī dum venio. quasi dixerit. modo negotiandi tempus est: postquam autē venero, iam nō negotiandi tēpus est, sed negotiatiōnis præteritē rationē redendi. Quintò. cognouit p̄fētem vitā tempus esse laborādi, iuxta id, quod Dominus noster ait Ioan. 9. Me oportet operari donec dies est; deni: nox quando nemō potest operari. Vnde & Regius vates Ps. 103. in eandem sententiam sic habet. Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransiūt omnes bestiæ syluæ: catuli leonum rugiētes ut rapiat, & quærat à Deo escam sibi. Orsus est Sol, & congregati sunt, & in cubilib⁹ suis colloquuntur. Exibit homo ad opus suū, & ad operationem suam Iſq;

ad Vesperam. Quem locum ex-pendens D. Hieronymus super cap. 6. epist. ad Gal. ad illaverba, bonū faciētes non deficiamus, Or-tus est, inquit, nobis Dei sermo, sol verus, & congregata sūt bestiæ re-cedētes in cubilia sua: procedamus nos ut homines ad opus nostrum, & usquè ad Vesperam laboremus.

Quo ex loco iuxta D. Hiero-nymi expositionem, collige eos homines, qui dū vitę huius dies daret, ad bene operandum non procedunt, sed veluti nocte de latibulo exeunt ad opera tene-brarum exercenda, non homi-nes, sed belluas esse iudicandos; solumque eos homines censem-do, qui ad bene operandum egrediuntur.

Sextò cognouit mulier ista pec catrix, tēpus redimere sua ma-ximè interesse, iuxta illud Pauli ad Ephes. 5. Videte itaq; fratres, quomodo cautè ambuletis non qua si insipientes, sed ut sapientes redimentes tempus, quoniam dies ma-li sunt. Quo loco verbum, redi-mentes, variè exponitur. Prima expositio est; tempus cum ho-minibus datum sit à Deo, ut eisdē in bonis operibus seruiat, quasi captiuum teneri, cum in-sumitur in malis, atque adeo

Ephes
5.

7.

xvii

Annotationes in Euangelium

Hier. rursus per bona opera redimē
dum, & captiuitate in liberta-
tem quodammodo vendican-
dum. Quæ expositio est Diui
Hieronymi. Quando, inquit, in
bonis operibus tempus consumi-
mus, emimus illud, & proprium
facimus, quod malitia hominum
Gen.6 venditum fuerat.

Secunda expositio. Sæpe Deus
peccatoribus tēpus, quod secū
dū naturę cursum viuere debe-
rent, propter peccata diminuit.
Ps.54. Viri sanguinum, & dolo-
si non dimidiabunt dies suos.
Quam ob causam illis centum
viginti annis, quos usque ad di-
luuium Deus hominibus præ-
scriperat. Gen.6. Viginti annos
detraxit, ut patet ex sacris lite-
ris. Cum igitur Deus soleat tē-
pus vitæ propter peccata dimi-
nuere; is qui bene agit, rectè di-
citur illud redimere quoniam
illud vitæ spatiū, quod propter
peccata erat sibi dei iudicio de-
trahendum, quodammodo re-
dimit bonis operibus, impletq;
dies omnes sibi ad viuendum a
natura definitos, moriturq; ple-
nus dierum sicut dicitur de A-
braham Gen.25. Cognouit igi-
tur Maria, ut dictum est, tēpus
sibi datū esse Dei beneficio re-

dimendū. Cognouit, quod nisi
modo illud redimeret, tempus
non erit amplius. Apocaly-
c. 10. Tempus, ait Angelus ad Ec-
clesiam, non erit amplius; id quod
non simpliciter Angelus locu-
tus est, sed maximo apparatu,
habens videlicet pedem dextrū
super mare, & sinistrum super
terram, manūq; ad cœlū ele-
uans iurauit per viuentē in sœcu-
la sœculorum, quia tempus nō
erit amplius; quæ omnia ostendunt
magnum aliquod, & terri-
ficū enuntiari. Quid enim terri-
bilius quam nobis detrahi pœ-
nitentiæ tempus?

Denique cognouit Dominū
Iesum accubuisse in domo Pha-
risæi; & ut notauit Petrus Chry-
sologus, accluem ad sibi mis-
randum supernam didicit ma-
iestatem, & ideo credidit, quod
esser ad veniam sibi promptus,
qui Pharisei venerat tam pró-
ptus ad mensam. Non adstantē
inquit non ad sedentem audet veni-
re peccatrix. Deus cum stat corri-
pit; cum sedet iudicat, prostratis cō-
iacet cum decumbit. Ideo ut cog-
nouit, quod Iesus accumberet,
illuc eundum sibi credit, ut
veniam impetraret in tempore
opportuno. Quid autē oppor-
tunius

tunius quam Christum quædere eo tempore, quo ipse ostiatim peccatores ipsos quærebat, tanquam eleemosinam sibi à Deo Patre erogandam? mirabilius quiddam dixerim. Quid opportunitus adueniā peccatricis, quā Simonis conuiuū, in quo Dominus Iesus, ut notauit Chrysologus, nihil aliud quam Marię conversionem esuriebat? Pharisei, inquit, domum Christus intravit, non accepturus iudaicos panes, sed pœnitentis lacrymas potaturus. Deus delinquentium gemitus esuit, sicut lacrymas peccatorum, &c. Hanc igitur temporis opportunitatē Maria ut cognouit, contulit se in domum Pharisei.

Et stans retro secus pedes eius.

Multa nobis sunt hoc loco adnotanda, ut simul & nos cum Christo, & Maria peccatrice in conuiuio pascamur. Dominus accumbit palcedus; stat autem peccatrix ut pascat. Ille accumbit ut comedat, mulier stat ut ministret. Quid vobis videtur? poteritne Dominus noster aliquo modo passi à muliere peccatrice? nullū per omnem modum. Recolite

id, quod ipse met Christus alterius peccatricis cibum esuriēs, discipulis suis, ut manducaret rogantibus responderit; *meus cibus, inquit, est ut faciam voluntatem Patris.* Ioan. 4. voluntas autem Patris est peccatorum conuersio, iuxta id, quod scriptum est, *non nullum mortem peccatoris, sed ut cenueratur,* & *uiuat.* Ezecl. Talem ergo cibum peccatrix ¹⁸⁰ Maria ministratura Domino esurienti astabat, suam videlicet conversionem, quam in Pharisei mensa Dominus esuriebat.

Cæterum cū peccatoris conuersio, & pœnitentia, eundem statuat ante Deum, cum antea esset retro, ad creaturam nimirum conuersus, quid causæ esse potuit cur Maria iam pœnitens retro secus pedes Domini, & non ante stetisse dicatur? puto quod cū vellet se accusare stās retro tacite præteritam vitam considerabat, unde & facie Domini se indignā iudicabat, sciēs Deum aliquando de quibusdā peccatoribus dixisse, *abscondam faciem meam ab eis,* & *considerabo nouissima eorum.* Deuter. 32. ^{Deut.} quasi diceret, in pœnam tanto- ^{32.} rum scelerum, quibus ad sua quisque desideria conuersus, mihi

Annotationes in Euangelium

hi terga vertere non dubitavit,
ego quoque abscondam faciem
meam ab eis, demittamq; eos
secundum desideria cordis eo-
rum ire in aduentibus suis.

9. & considerabo nouissima eo-
rum, mala videlicet, quæ eos à
facie mea absconditos conse-
quantur. Quæ autem mala se-
quantur eum, à quo Deus abs-
condit faciem suam, præuide-
bat, qui dixit. *Ne auertas faciem
tuam à me, & similis ero descen-
dētibus in lacū.* Psal. 26. ubi no-
tandum est coniunctionem, &,
pro quia positam esse hoc sen-
su. *Non auertas Domine faciem
tuam à me, quis similis ero descē-
dētibus in lacum.* Hoc est (iuxta
expositionem Augustini) si auer-

teris Domine seu absconderis fa-
citem tuam à me in profundum ma-
lorum deueniam. Nam qui in la-
cum descendunt, hoc est, qui in
profundum malorum veniunt,
contemnunt, nimirum conuer-
sionem suam, atque adeò in
dies magis in deteriora decidunt
mala. Quæ quidem mala iam
præsentire videbatur impius il-
le Caim, ut refertur Genes. 4.
cum dixit. *Ecce ejcis me hodie à
facie tua, eroque vagus, & profa-
gus super terram; omnis igitur, qui*

inuenerit me occidet me. Hiere-
miæ etiam cap. 15. ait Domi-
nus ad Prophetam. *Si steterit
Moyses, & Samuel coram me, nos
est anima mea ad populum istum:
eijce illos à facie mea, & egredi-
tur. Dices ad eos hæc dicit Domi-
nus. qui ad mortem, ad mortem, &
qui ad gladium, ad gladium.* Ecce
ostendimus ex diuinis li-
teris mala, quæ sequuntur eie-
ctos à facie Dei, quæ omnia mu-
lier ista peccatrix veluti reate-
statur se fuisse emeritam, stans
retro secus pedes Iesu.

Secundò stat retro sicut ouis,
quæ perierat, sciens Dominum
Iesum relictis nonaginta noué
in deserto, venisse ut inuentam
imponat super humeros gall-
dens, & in caulam divini gre-
gis introducat. Denique stat re-
tro, ut pōdos peccatorum suo-
rum imponat super humeros Ie-
su: ipse est enim de quo Elaias El.
cap. 53. dixerat, *Posuit in eo ini-
quitates omnium nostrorum.* Quæ
sensum tradit beatus Apostolus
Petrus in sua Epistola 1. cap. 2.
*Tradebat, inquit, iudicanti se in-
iustè, qui peccata nostra ipse pertu-
lit in corpore suo super lignum,* ut
peccatis mortui, iustitiæ viuamus,
*cuius liuore sanati sumus. Noran-
dum*

duni est autē in prædicta Esaiæ auctoritate , pro eo , quod nos habemus , posuit Deus in eo ini- quitatem omnium nostrum posse ex hebreo transferri , vt eius linguae periti adnotarunt , Deus incurvare fuit in eum iniquitatem omnium nostrum . Vt sit sensus , 10. peccata nostra instar numero- si cuiosdam exercitus in Chri- stum irruisse , cumque impres- sione facta occidisse . Sed ex hac peccatorum in Christum im- pressione illud effectum est , vt ipsa quoque peccata per Chri- sti mortem delerentur . Hęc igitur mulier fortè audierat Do- minum prædicantem , & inter alias hanc Esaię prophetiam ex- ponentem ; audiensque eum in domo Simonis accubuisse , eō se contulit , stetitque retro se- cus pedes eius , & non ante qua- si intra se dicens . Credo Domi- ne te esse illum , de quo Esaias prædixit fore vt aliquando sce- lerum nostrorum pondera por- tares ; ecce iniuriantes me & su- pergressae sunt caput meum , & sicut onus graue grauantes sunt super me . dixisti aliquando Do- mine , Venite ad me omnes , qui o- nerati estis , & ego vos reficiam . Exonera me Domine sicut per-

Esaiam locutus es ; refice ani- mam meam , sicut paulò ante promisisti . Hęc , & similia stans retro mulier sancta , lacrymis non ore promebat .

Non solum autē stetit retro , sed etiā secus pedes eius , quia , vt ait Aug. quæ malè tādiū amubula- uerat , vestigia recta quarebat . In- Aug: uétoq; Saluatore nostro in do- mo Simonis , stat secus pedes ei⁹ vt Dñi vestigijs infistēs , amplius errare nō posset : & vt ait Chry- Crhy- sologus , benè dicitur stare , quia iā eadere non potest , qui ad pedes Chri- sti meruit pervenire . Si enim ex fimbria vestimenti ipsius tanta potuit virtus exire , vt mulier , quæ duodecim annos sanguinis fluxū patiebatur , vbi primum eā tetigit sanata sit , quid mirum si cō tactus Christi pedum Mariā carnis morbo laborantē in pri- stinā restituerit sanitatē ? quod enim mulier hęc pedes Domini tetigerit , docet Euangelista cū ait , lacrymis cœpit rigare pedes eius , & capillis tergebat , & oscula- batur pedes eius . Lacrymis igitur tetigit , capillis tetigit , manibus tetigit . Maius quiddā dico . labijs ipsis , oreq; tetigit , nec semel , & iterū , sed sepissime dicēte Dño , non cessauit osculari pedes meos .

Dein-

Annotationes in Euangelium

Deinde stetit Maria secus pedes Christi , eosque tenuit , vt eisdem iam deinceps quasi à facie colubri fugeret peccatum , sicut scriptum est Ecclesiast. 21. Eccl. 21. vbi notandum est non dictum esse quod resistat peccato , sed quod fugiat illud , quia sūt quædam peccatorum genera , quæ non nisi fugiendo vincuntur ; cuiusmodi sunt peccata carnis . Vnde Apostolus 1. ad Cor. 6. 1. Cor 6. Gen. 39. Fugite fornicationem . Geneseos quoque 19. volentes angeli eripere Loth ex illa ciuitate infamia , monuerunt ut fugeret . Salua , inquiunt , animam tuam , noli respicere post tergum tuum : ne quæstes in omni circa regione : sed in monte saluum te fac . Quibus verbis , à peccato carnis longè fugiendum esse monuerunt ; & omnē omnino occasionē evitandam : idcirco enim dixerunt , ne stes in omni circa regione . Cū igitur Maria Magdalena tandem in via peccatorū steterit , ne dicam in cathedra quoque pestilentiæ sedisse , de periculo divinitus admonita , Christi tenuit pedes ut securius , velociusque fugeret peccatum , quasi dicēs . Ecce Domine quia pedib⁹ meis male ambulaui , tuos quæsiui ,

inueni , ac tenui nec dimittam donec benedixeris mihi ; pedibus tuis Domine , postquam benedixeris mihi , ita fugiam diabolicos incursus , vt deinceps spiritus immundus ne quaqua posset apprehendere fugientē , pedumque tuorum vestigijs insistentem .

Hæc est illa fœmina , quæ , vt dicitur Cant. cap. 2. veraciter dicere potuit , sub umbra illius , quem desideraueram sedi , & fructus eius dulcis gutturi meo : est enim Christus Dominus lignum illud vitæ , quod Deus posuit in medio paradisi ad vitam in melius reparandam , quemadmodum intelligit B. Gregorius 12. Moral. cap. 4. explicans illud Proverb. 3. Lignum vitæ est sapientia eis , qui apprehendunt eam ; quem locum interpretatur de sapientia increata . Imò ipse met Christus se lignum appellauit Lucæ cap. 23. Si in viridi ligno hæc faciunt , in arido quid fieri ? verba etiam illa Psal. 1. Erit tanquam lignum , quod plantatum est secus decursus aquarum , quod fructum suum dabit in tempore suo , de Christo exponit Augustinus . Ad pedes igitur huius arboris Maria confugit , ut ab æstu carnalis concupis-

cupiscentiæ liberetur, fructuq; gratiæ, & miserationis gutturi suo dulcē, gaudeat se inuenisse.

12. Nouerat mulier ista felix, suorum peccatorum turpitudinem usque ad thronum iam diuinæ maiestatis ascédisse, audieratq; fortè aliquando iuxta Esaiæ vaticinium Christum Dei filium datum fuisse à Deo, ut pro delictis totius mundi agnus innocens immolareetur. Oblatū igitur à Patre nobis agnum, Maria primum quærit, eiusque tenens pedes pro delictis suis nititur offerre ante thronum iustitiae, ut vel sic veniam consequatur. Denique quia Christus Dominus non solū propter mā suetudinem agnus, sed propter diuinæ etiam potentiae magnitudinem, qua omnia potest superare, leo in diuinis literis dictus est, ad pedes huius diuini leonis sancta iam mulier confugit, ut quæ diu fuerat diaboli pedibus conculcata, posset iam deinceps Christi pedibus ipsum cōculcare leonem, iuxta id, quod in Psalm. 90. scriptum est, *Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem;* quo loco sermo est de viro iusto, qui habitat in adiutorio

altissimi, & in tribulatiōne sua, non desinit, vt liberetur, clamares.

Lacrymis capit rigare pedes eius.

ECCE qua voce Maria ad Dominum clamauit vt à tot, tantisq; posset delictorum vinculis liberari. Discamus & nos similiter ad Dominum clamare, ut à nostris etiam possimus absolui peccatis: sic enim peccatrix ista & exaudita, & liberata est. Clamemus non voce, sed lacrymis, quæ efficacius vociferantur ante Deum. Vnde est illud Psalmi 38. *Auribus percipe lacrymas meas.* Quo loquendi modo non vteretur Propheta, nisi sciret pœnitentium lacrymas suam habere vocem, qua diuinam excitant pietatem ad miserandum. Lacrymas pœnitentium dixi, alias enim non loquaces, sed mutæ potius lacrymæ dicendæ sunt, quippe quæ nec ante Deum loquuntur, nec ab eo exaudiuntur, quemadmodum diuina docet scriptura de lacrymis Antiochi, de quo dicitur 2. Malach. c. 9. *Orabat secundus deus deum a quo non erat misericordiam consecuturus.* Id, quod

Bb eviden-

Annotationes in Euangelium

evidentius scribit Paulus ad Hebræos 12. de impi Esaū : *non enim, inquit, inuenit locum pœnitentiae, quānus cum lacrymis requistisset eam.* Neque id mirum videri debet, cum non peccata, sed temporale damnum ipse fleuerit. Huiusmodi autem lacrymas Gregorius Nazianzen. mutas appellavit, quales existimat fuisse illas, quæ in obitu sororis suæ profusæ sunt; tunc enim solum loquuntur, cum ijs peccatum deploratur, quo mulier illa sanctissima soror Gregorij carebat. Lege Chrysostomam homil. 5. ad Populum Antioch. & homil. 5. de pœnitentia tom. 5.

Cum igitur Magdalena ad pedes Christi tantam effuderit lacrymarum copiam, ut eisdem potuerint Domini pedes rigari, idque ex sola peccatorum contritione, non est dubium quin diuinæ pietatis aures ad misericordiā potuerit inclinare: Deus enim huiusmodi vocibus tanquam suauissimo cantu mirificè recreatur. Hæc est illa vox, de qua in Canticis Canticorum cap. 2. dicitur, *Vox turturis auditæ est in terra nostra.* Turtur pro cantu gemitus habet: unde vox

turturis allegoricè gemitus sūt, & lacrymæ pœnitentium, quibus Deus ita recreari videtur, ut non semel, & iterum, sed saepius, ac semper, si id fieri posset, pœnitentium voce velit oblectari: sponsæ namque gemibundæ loquitur in eodem cāntico Canticorum cum ait, *Sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Quod vero de gemitu loquatur animæ pœnitentis, ex præcedentibus colligendum est: dixerat enim paulò superius. *Vox turturis auditæ est in terra nostra;* qua voce, pœnitentium gemitus diximus allegoricè significari. Tunc quasi voce illa gemibunda delectatus, cupiens iterum oblectari, sic eandem turturem, hoc est animam lacrymantem ad cātum prouocans ait, *Sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, &c.* Como quem ouve hūa, suave musica que virandose aō musico diz. Consolastesme señhor: por vida voſta que torneis a cantar.

Meritò Petrus Chrysologus serm. 103. ita exclamat. *O quanta vis in lacrymis peccatorum. Ringant cœlum, diluunt terram, extinguunt gehennam, delent in omne factum.*

facinus latam diuinam promulgationem sententiā. Quę omnia in beata Maria Magdalena adimpta fuisse, consideranti facile patebit. Nos autem ad confusionem nostram consideremus, quam vili pretio Dei gratia priuemur, quippe qui Deum placare negligimus, cum solo gemitu, & lacrymarum compunctione placetur; ut verò magis pudeat, audiāt quid Ortis dixerit in hāc sententiam. *Lacrymis, inquit, inicitur inuincibilis Deus, qui non nisi instar paruulorum vult nos violentiam facere cælo: armis puero- rum Vincitur, quae sunt gemitus, flatus, & clamores: sic enim vin- cant parentes suos importunitate, & detur eis, quod petunt: qui enim dixit, regnum cœlorum vim pati- tur, idem dixit, nisi efficiamini si- cut paruuli, non intrabitis in reg- num cœlorum.*

Verum ad peccatricem mulierem reuertentes, quid eidem lacrymæ profuerint, quidque fructus, & utilitatis ex Christi pedibus collegerit audiamus. Primò ipsummet Christum Dominum meruit habere patronū aduersus Simonem contra ipsam peccatricem murmurantē. Parum dixi patronum. ipsum

habuit suarum virtutum egre-
gium prædicatorem. Ex beato Euangelista Matthæo cap. 11. ^{Matt.}
agnouimus Dominum nostrū, cum loqueretur turbis, multa quoque in laudem Ioannis Bap-
tistæ prædicasse, ipso tamen Ioā-
ne absente; erat enim tunc té-
poris Ioannes in vinculis.) at
mirabilius quid hoc loco luca ^{15.}
attestante didicimus; Christum
videlicet Dominum multa in
laudem peccatris mulieris præ-
dicasse, non absentis quidem,
sed ad pedes eius astantis; nec
ita longè ut non posset virtutū
suarum præconia audire, sed ita
prope, ut eam Dominus quasi
digito ostendens ad Simonem
dixerit; *Vides hāc mulierem? &c.*
his enim verbis cœpit dicere
de Maria, quid autem dixerit
audiamus. Et conuersus ad mu-
lierem dixit. *Intraui in domum
tuam, aquam pedibus meis non
dedisti; hāc autem lacrymis riga-
uit pedes meos, & capillis tersit.
Osculum mihi non dedisti: hāc au-
tem ex quo intrauit non cessauit
osculari pedes meos. Oleo caput
meum non unxisti. Hāc autem
inguento unxit pedes meos: pro-
pter quod dico tibi, remittuntur ei
peccata multa, quoniam dilexit*

Annotationes in Euangelium

multum. Dixit autem ad illam, remittuntur tibi peccata tua. Vbi vides Mariam veluti baptismo lacrymarum baptizatam ad pedes Christi veterem hominem exuisse cum actibus suis, & nouum induisse, qui secundum Deum creatus est. Denique ad pedes Summi Pontificis multorum consecuta est plenissimā indulgentiam delictorum, dicente Domino, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Hoc autem ex omnibus eius encomijs existimo fuisse maximum: quod enim aliquis multum diuinam dilexerit bo-

16. nitatem, reperiemus quidem, sacras literas percurrentes. Inueniemus Petrum dicentem, Tu scis Domine quia amo te. Inueniemus de Ioanne Euangelista dictum esse, Discipulus ille, quem diligebat Iesus. Verum nec istis, nec alijs Dominus vñquam dixisse legitur, dilexit multum. At Magdalena Dominum Iesum multum diligebat, ipso testante, qui de ipsa Maria dixit, dilexit multum. Vnde in persona beatæ Mariæ Magdalene ait Ecclesia. Recedetibus discipulis non recedebam, & amoris eius igne

accensa ardebā desiderio. Præterea id ipsum ex parabola de duobus debitoribus Simoni à Christo proposita cōprobatur. Quis ergo, inquit, eum plus diligit? respondens Simon dixit. æstimō quia is cui plus donauit. Rectè, inquit Iesus, iudicasti, & conuersus ad mulierem inter cætera sicut ait. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Vbi vides ex Domini sententia, eo quod Mariæ plura sunt peccata demissa, bene inferri eam plus omnibus, Iesum Christum dilexisse. Et ob hanc rationem superius dixi, ex omnibus encomijs huius mulieris hoc esse maximum, dixisse videlicet Dominum in laudem eius. Dilexit multum. Vnde & meruit prima Dominum resuscitatum videre. Postea vero cū in antro pœnitentiam ageret, ab ipsis angelis, ut fertur, quotidie in altum ad audiendas angelicas laudes elevabatur, quasi iam indigna esset terra illam habere, quæ præ amoris magnitudine, mente semper in cœlo habitabat cum Christo, quem præ cæteris diligebat.

g Pro

¶ Pro beatissima Anna genitricis Deimatre.

A N N O T A T I O N E S
I N E V A N G E L I V M
Matth. cap. 13.

*Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito
in agro.*



Regnum cœlorum, per quod præsens Ecclesia designatur, rebus terrenis simile dicitur, ut ex his, quæ animus nouit, surget ad incognita, quæ non novit, exemploque visibilium rapiat se ad inuisibilia Dei, quæ iuxta Apostoli sententiam, per ea, quæ facta sunt intellecta conspicuntur. Pro intelligentia parabolæ notandum est thesauri nomine à quibusdam intelligi prædicationis euangelicæ veritatem: ab alijs Christi divinitatem absconditam in carne. Ab alijs vero cœleste desiderium; quam thesauri acceptio[n]e prosequitur D. Gregorius hom. 11. in Euangelia, ubi notat quod inservit thesaurus absconditur, quia

studium cœlestis desiderij à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit: in præsenti enim ita quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus: maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident ad deprædandum eos, qui thesaurum publicè portant.

Beatus Hylarius per thesau- rum intelligit euāgelicam præ- dicationem, quem thesaurum ait facile inueniri, sed difficile possideri. Inuenitur quidem fa- cile, quia Euangelium ubique prædicatur; possidetur vero dif- ficulte quia oportet ad hoc com- primere omnes affectus nostros, carnem spiritui subiiciendo; & hoc est omnia vendere, ut in- uentus thesaurus possit ab in- uentore possideri. His, inquit,

Annotationes in Euangelium

thesaurus gratis inuenitur, sed v-
tendi, & possidendi potestas non
potest esse sine pretio, quia cœle-
stes diuitiae non sine damno sœcu-
li possidentur. Audiamus Paulū

2. 1. ad Corinth. 10. non potestis
1. Cor mensæ Domini participes fieri, &
10. 2. Cor mensæ dæmoniorum. & 2. ad Co-

Ecc. rint. 6. Quæ, inquit, participatio
iustitiae cum iniuitate, & quæ
societas lucis ad tenebras? de qui-
bus videtur Spiritus Sanctus cō-
dolere Ecclesiastici cap. 2. Væ,
inquit, dupli corde, & peccatori
terram ingredienti duabus vijs. de
similibus quoque hominibus

3. Re. 3. Regum. cap. 18. Usquè quo,
88. ait, claudicatis in duas partes? si
Deus est sequimini eum, si au-
tèm Baal Deus est, sequimini eum.
In huius verò rei figuram, cum
Jacob post luctam impositum
esset nomen Isræl, hoc est vidēs
Deum, altero pede claudicauit.
Vbi notandum est quod sicut
corpus duos habet pedes, qui-
bus fertur, sic anima suos habet
etiam pedes, amorem scilicet
Dei, & mundi, quibus, ut dixit
beatus Augustinus, ipsa anima

Aug. fertur, quocunquè fertur. Aliter
tamen anima suis pedibus am-
bulat, ac corpus: nam corpus
duobus mouetur pedibus, si-

mulque eisdem fertur. Anima
verò minime: cum enim Deum
diligit, altero pede claudicet ne
cessit est, cum nemo possit duo-
bus dominis seruire; unde &
Iacob postquam Deum vidi,
altero pede claudicauit. Genet.
cap. 32.

In eandem sententiam bea-
tus Ambrosius ad illa verba Psal-
mi 118. Tuus sum ego, saluum me
fac; sic philosophatus est. Facilis
vox, & communis videtur, tuus
sum ego, sed paucorum est. Rarus
est, qui dicere potest Deo tuus sum
ego: ille enim dicit, qui adhaeret
Deo totis sensibus. numquid hac
voce vtitur auditus pecuniae, hono-
ris? non potest dicere sœcularis, tuus
sum: plures enim habet dominos.
Venit libido, & dicit, meus es. Ve-
nit superbia & dicit meus es. Quis
ergo est Dei, nisi, qui dicere potest
nihil mihi conscius sum? dicebat
Paulus. Ego autem nunc Dei mei
sum; nunc iriæ; nunc iracun-
dia. &c. Huc pertinet fabula de
cornice, quæ cum videret co-
lumbas domibene nutriti, & si-
ne aliquo labore parato cibo
satiari, de albari se iussit, colum-
bamque ingressa, eodem si-
mul cum columbis cibo palce-
batur, donec eam columbx,

alie-

alienam vocem admirantes, ex puleront. Illa verò ad cornices reuersa cum eisdem vellet aggregari, ab ijs quoque peregrinum admiratibus colorem, expellitur, ut malo suo duorum appetens neutro potiretur.

Beatus Hieronymus thesaurum istum intelligit Christi diuinitatem absconditam in agro carnis, iuxta illud Esaiæ 45. *Venit es Deus absconditus, Deus Israel saluator. Thesaurus iste, inquit, in quo sunt omnes thesauri sapientie absconditi, Deus verbum est, qui in carne Christi videtur absconditus, aut sacra scriptura, in qua recondita est notitia saluatoris: nisi enim absconditus esset thesaurus diuinitatis in argo humanitatis, non diceret Thomas carnem palpando, Dominus meus, & Deus meus: palpando enim humanam carnem, quam viderat, credidit diuinitatem, quam nō videbat, quamq; occultari, absconde que oportebat, ut fides locum haberet. Vnde & ipse Dominus palpati Thomæ ait, quia vidisti me Thomas credidisti, hoc est quia visis humanitatis vulneribus, diuinitatem absconditam credidisti, beatus es, quemadmodum etiam illi beati dicen-*

di sunt, qui nec ipsam videntes humanitatem, verū tamen Dei filium, & hominem confitebūtur, captiuantes intellectum in obsequiū fidei, euāgeliceq; prædicationi firma fide inhæretes.

Cæterum siue thesauri nomine ipsa euangelica prædicatio,

siue Christi diuinitas in eius carne abscondita intelligatur, mirū sane videri debet quomodo eūdem thesaurum emere aliquis possit, venditis omnibus, cum Dei gratia sub meritum alicuius cadere minime possit: sic enim Paulus ad Rom. 11. videtur argumentari. *Si autem gratia iam non ex operibus; alioquin gratia, iam non est gratia.* Dubitationi tamen propositæ satisfieri videtur, si dicamus Euangelicæ prædicationis veritatem, quam thesauri nomine, iuxta Hylarij sententiam, intelligendam esse diximus (id, quod etiam de Verbo divino in carne abscondito dicendum est) & gratis dari, & simul emi: etenim si respiciamus ad nostra merita, quæ nulla sunt, gratis confertur: si autem ad merita Christi, qui nobis meruit gratiam de iustitia, verè eam Christus nobis emisse dederus est. Propter primū dicitur

Anotations in Euangelium

Apoc. 21. Apocal. 21. Ego sicut dabo de fonte aquæ vinae gratis. De secundo do dicitur 1. ad Cor. 6. Pretio Cor. 6. empti estis, nolite fieri servi hominum. Propter utrumque dicitur ad Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius: moxque subiungitur, per redemtionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

Iuxta hanc verò expositionē concilianda est illa in speciem contrarietas apud Esaiam cap.

Ez. 55. Omnes sitiens venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite: venite emite absque argento, & absque villa commutatione vinum, & lac. Quo modo enim si ad emendum homines invitantur, sine pretio admittuntur? & qui fieri potest, ut gratuita, & liberalis donatio, quippe, quæ sine pretio, & commutatione perficitur, emprio appellari possit? Nimirum sine argento nostro gratiā emimus, quæ tamen ex argento Christi, id est, meritorum eius, infinito pretio confertur. Itaque comparatione nostri, donatio est liberatis, comparatione vero Christi, vera emptio est. Hæc verò expositio de lumpera est ex bea-

to Ambrosio, libro de Ioseph Patriarcha cap. 7. Emite, inquit, sine argento, neque enim pretium quæsiuit à nobis, qui pro nobis sanguinis sui pretium soluit. Eodem modo exponendus est locus ille alias eiusdem Esaiæ cap. 52. Gratis veniūdati estis, & sine argento redimemini. Cuius loci historicus scilicet is est. Iudei gratis dicuntur veniūdati Babilonijs, quia Babilonei nullo modo meruerunt, ut ipsis Iudei capti ui à Deo traderentur, quemadmodum exponit Diuus Augustinus in questionibus super lib. Iud. q. 17. Id quod etiam dixit regius vates. Psal. 43. Vendidisti populum tuum sine pretio. Sine argento etiam venditi sunt Iudei, tum quia eos Cyrus liberos dimisit, nulla ab eis accepta pecunia: tum quia nullo suo merito erepti sunt è scrutute.

Notandum est autem in proposito testimonio illud etiam significari, perditos videlicet homines gratis se dœmoni videret, nempe propter peccati voluptatem, quæ nihil censetur iuxta illud eiusdem Prophetæ cap. 50. Ecce enim in iniurias vestris venduti estis, & sine argento redempti; videlicet meritorum

Aug.
6.
11.
Eli.

ritorum vestrorum. Notauit autem Augustin. non fuisse dictum in praedicta autoritate, & non cum pretio redimcmini, quia verè pretio redimimur, ni mirum Christi sanguine; sed dictum esse, *sine argento*; in quo Propheta, ut ait, omnem pecuniam comprehendit, ut signif. caret nullū nobis pretium, aut opum affluentiam, humana vē præsidia ad iustificationem sufficere; quia tamen Christus pro nostra liberatione pretium soluit, vsus est Propheta verbo redimendi: atque adeo si nostrā respiciamus facultatem, *sine argento*, idest gratis; si verò Christi merita, infinito pretio redempti, gratiæ consequimur libertatem. Hunc verò Esaiæ locum videtur Petrus illustrasse prima sua Epistola cap. 1. Cum dixit. *Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vanastrâ conuersatione patenæ traditionis; sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati.*

Greg.
Naz.

Gregorius Nazianenus oratione in sanctum baptisma alio modo respondet. Docet enim gratis quidem Deum iustificare impium, sed propter incredibi-

lem ad beneficiendum propensionem, maximi pretij loco ducre, ipsom amicitiæ, & gratiæ desiderium, & voluntatem, quæ iustificationē antecedit. Itaq; non se dari gratis, sed vendere existimat. O miram, inquit, beneficentiæ celeritatem; O facilem contrahendi rationem; hoc bonum solo voluntatis pretio emendum tibi proponitur. Appetitionem ipsam Deus ingentis pretij loco habet: sitit sitiri. Bibere cupientibus potum præber. Cum ab eo beneficium petitur, beneficio id ducit. Prompta, magnifica, atque pro lixa natura est. Iucundius ille dat, quam alij accipunt.

Eodē ferè modo exponit Clemens Alex. in proteptico, siue exhortatoria ad gentes; vbi ait sitim tantū à nobis exigi pro pretio cum dicitur, omnes sitiētes venite ad aquas. Adhortatur, inquit, ad lauacrum, ad salutem, ad illuminationem, propemodum clamans, & dicens. *Do tibi O fili terrena, mare, cælū, solun mudo patrem sicutas, Deus tibi gratus estendetur.* &c. In eandē lenientiā exponē dum est, illud Matth. 13. *Simile est regnū Cœlorum hemini negotiatori quærenii bonas margaritas: inuenta autem una pretiosa, abiit, & vendi-*

Clem
Alex.

Mattei
13.

Annotationes in Euangelium

Vendidit omnia, quæ habuit, & emit eā. Quo loco nomine mar-
garitæ, fides in Christū, & gra-
tia, peream cōsequenda, intelli-
gitur. Quo eodem etiam mo-
do exponendū est illud Apoc.

Apoc.
3:

3. Suadeo tibi emere à me aurum
ignitum, probatum, ut locuples fi-
as, & vestimentis albis induaris,
Quo loco Episcopus ille admo-
netur, ut emat aurum charitatis
& gratiæ, quam amiserat.

Quem, qui inuenit homo
prægaudio illius vadit.

Ec.

Incredibile gaudiū, exuberās-
que lætitia præsentis Eccle-
siæ, quæ rēgni cœlorū nomine
designatur, de inuento thesauro,
ostēditur ex illis verbis eius-
dē Ecclesiæ in canticis cantico-
rū cum ipsa gratulabunda ita

Cant. canit. Inueni, quem diligit anima
mea; tenui cum nec dimittam, do-
nec introducam eum in domum ge-
nitricis meæ. Vbi notandum est
sponsam, ut inuento thesauro
potiri posset, omnia vendidisse:
dixerat enim, innenerūt me Vigili-
les, qui custodiunt ciuitatem, vul-
nerauerunt me, & tulerunt palliū
meū. Ec. Vere enim Ecclesia

vulnerata est in suis mēbris, in
quibus millies vsq; ad sanguinē
restitit, passaque est ipsius vita
pallio spoliari, ne inuento the-
sauro, hoc est euangelice præ-
dicationis veritate, ac fide pri-
uaretur. Quanta verō animi
alacritate hæc omnia sustine-
rit patet in Apostolis, de quib;
dicitur Actorū. c. 5. Iabant gaudē
tes a conspectu consilij, quoniā di-
gni habiti sunt pro nomine Iesu cō-
tumeliam pati. De Eunucho etiā
reginæ Cādacis legimus in eis-
dē actibus Apost. c. 8. quod in-
structus in fide à Philippo, ab
eodēq; baptizatus, prægāndio
inuenti thesauri. ibat per viā suā
gaudens. Deniq; tanta est huius
cœlestis thesauri in terris causa
lætitiaz, ut etiam in cœlis ipsi an-
gelici spiritus diem festū agere
perhibeātur, iuxta illud Luc. 15
gaudiū erit in cœlo super uno peccā-
tore pœnitentiam agente. Ecquis
enim erit, qui de summi boni in-
uentione nō maxime gaudet,
cuius non tantū inuētio, sed so-
la inquisitio præponenda est,
etiā inuentis thesauris regnisq;
gentiū, quem admodū docet B.
Augustinus 8. suarum confes-
sionum libro. cap. 7. Bernard.
etiam bonus, inquit, es Domine
ans;

animæ quærentite; quid ergo inuenienti? Bene ergo dicitur de Ecclesia, vel etiam de quocumq; ipsius membro, quod inuenient thesauro, prægaudio illius vadit, & vendit vniuersa, quæ habet.

Cæterū quia supra diximus ex Sancto Hylario huiusmodi thesaurum, videlicet cœlestem doctrinam, atque Euangelicā veritatem facile quidē, & paſſim inueniri, difficile tamen, & cum maximo vitæ discrimine possideri, operæ pretium erit iam videre quantis sit periculis obnoxius cœlestis iste thesaurus, quamq; difficile à malignis spiritibus, qui velut quidam latrunculi obsident viam, qua in patriam pergitus, inuentum custodire; augetur enim in primis difficultas custodiendi, ex eo, quod thesaurus iste non sit in tuto aliquo loco, sed in vasis fictilibus, ut ait Paulus 2. ad Corinth. cap. 4. *Habemus, inquit, thesaurum in vasis fictilibus* *Et sublimitas sit virtus Dei,* & non ex nobis. Quasi dicat. Habemus thesaurum, hoc est lumen, & sapientiam, qua alios illuminamus, non in pretioso aliquo loco, sed in vasis fictili-

bus, hoc est in corpore fragili, & vili, ut exponit Divus Thomas, ut sublimitas istius lucis sit virtutis Dei, hoc est Deo attributatur, & non credatur esse ex nobis, quasi nos ipsi alios illuminando aliquid fecerimus, cum nihil simus.

Primus igitur fur thesaurum effodiens, & eripiens, oculus est iuxta illud Trenorum. 3. *Tren.*
Oculus meus deprudatus est ani- 3.
mam meam in cunctis filiabus Dr
bis meæ. Nec potuit amplius a-
mittendi thesauripericulum ex
aggerari, cum oculus breuissime
operetur, hoc est, in mo-
mento, in tantum, ut cum ali-
quid breviter factum volumus
affirmare, in ictu oculi factum
fuisse dicamus. Vnde & Job c.
31. *De prædari timens cum o.* Job
culis suis se pepigisse foedus af- 31.
firmitat dicens, pepigi foedus cum
oculis meis, Ut ne cogitarent quidē
de Virgine. &c. *Ne cogitarent,* in-
quit, cum potius dicendum vi-
deatur, ne viderent, quia, ut
ait Glossa, visum sequitur co-
gitatio, cogitationem delecta-
tio, delectationem consen-
sus, consensum opus, opus con-
suetudo, consuetudinem neces-
sitas, necessitatem desperatio,
despe-

Annotationes in Euangelium

desperationem damnatio . Adnotauit etiam in eundem locū

10. **Caiet.** Caietanus , Iob suum hoc propositum appellasse fœdus, propter firmitatem . Deliberatum, inquit, ac firmatum propositum significat dicendo pepigi fœdus : quoniam liberavit fixo, & immobili proposito ad instar pangenit's fœdus , quod inviolabile debet esse : ideo enim pacta sunt, ut non liceat mutare . Idem periculum, ad deprædationem animæ metuens Propheta , obnixe postulat sub protectione Dei tueri cum sicut ait, Custodi me Domine ut pupillā oculi , sub umbra alarum tuarum protege me . Psal. 16. Quibus verbis diligenter à Domino custodiri postulat ne deprædetur, hoc est ne luce diuinæ sapientiæ priuetur, sicut oculi luce privatur, nisi à minutissimis atomis custodianter ; quamobrem eosdē natura membranis tenuissimis vestiuit, ac sepserit.

Prou. **18.** Est & alias longè periculofior latrunculus , lingua videlicet , quæ animam non modo deprædat , verum etiam occidit, iuxta illud Proverb. 18. mors, & vita in manibus linguae . A cuius manibus custodiri , ac liberari postulat Propheta dicens.

Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantie labijs meis, ut non declinet cor meum in verba malitiae . Psal. 140. In quem locum beatus Augustinus notauit non dixisse Prophetam claustrū continentia , sed ostium . Ostium, ^{Pla} ¹⁴⁰ inquit, & aperitur, & claudetur . Ergo si ostium est, & aperiatur ad confessionem peccati, & claudatur ad excusationem eiusdem; ita enim erit ostium continētiæ, non ruina . A manibus quoque eiusdem linguae cauendū nobis docet Spiritus Sanctus Ecclesiastici . 22. ^{Ecc} Quis dabit, inquit, ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, ut non cadam ab ipsis, & lingua mea perdat me . Ecclesiastici etiam 28. linguae frenum adhibere iubemur quasi indomito, & effrenato equo . Facito, inquit, frenos ori tuo rectos ; hoc est, ut exponit beatus Ambrosius lib. 1. offic. cap. 3. restringatur lingua habenæ vinculis: frenos habeat suos, quibus reuocari possit . Eadem similitudine usus est Iacobus Apostolus cap. 3. epistola ^{lact} læ suæ canonice . Siquis, ait, in verbo non offendit , hic perfectus est vir: potens etiam freno circumducere totum corpus . Quibus verbis significatum , qui linguam frenat

frænare novit, reliquarū actio-
num corpus posse gubernare; si
cū totus equus fræno ori adhi-
bito, facile regitur, quemadmo-
dū ipse statim subiungit dicēs,
*si equis fræna in ora mittimus, ad
consentiendum nobis, & omne cor-
pus illorum circumferimus.* Qua-
re non solum frænos in ore, sed
etiam stateram in manu, vt ad-
hibeamus admonet scriptura
Ecclesiastici 28. *Verbis tuis faci-
to stateram.* Quem locum expo-
nens Diuus Chrysostomus in
Psal. 140. *Si tamen, inquit, hoc
facimus in auro, multo magis faci-
endum est in verbis, ut nihil desit,
nihil redundet.* Ex quibus omni-
bus divinæ Scripturæ, Sancto-
rumq; Patrum testimonij satis
iam liquet virtutum omnium
thesaurum tum ab oculis, tum
à lingua, nisi caute custodiatur
posse facillime deprædari.

Mundanæ etiam facultates
maximo solent impedimento
nobis esse ne possimus libere
cœlestis gratiæ thesaurū, super
nasq; diuitias possidere; id quod
Saluator noster Matth. 19. aper-
te docuit dicens. *Amen dico vo-
bis, quia diues difficile intrabit in
regnum Cœlorum.* Ratio verò hu-
ius esse videtur, quia, vt ait Au-

gustinus quæstione 9. Ex nouo
testamēto, detinēt homines quasi
compedes desideria sacerularia, hoc ^{Agu-}
est facultates mundanæ, ne edicta
diabolī possint effugere. & alibi sub
metaphora ait, quod diuites qua-
si viscum habēt in pannis, ideo-
que volare minime possunt, ad
superiora scilicet, fugiendo ter-
restria. *Anima, inquit, terrenis
cupiditatibus irretita, quasi viscum
habet in pannis, volare non potest,*
Hoc autē in beatissima An-
na Dei genitricis matie locum
non habuit, quæ cum maximis
abundauerit facultatibus, tantū
abest ut terrenis aliquando fue-
rit cupiditatibus irretita, quod
terrenis diuitijs cœlestem the-
saurum emendum sibi expedi-
re putauit, sciens scriptum esse
Tobiæ cap. 12. *Bona est oratio
cum ieiunio, & eleemosina magis* ^{Tob.}
quam thesauros auri recondere.
Quare trifartitæ substatiæ par-
tim in alendis pauperibus, par-
tim in usus templi consumebat,
relicta solum bonorum suorum
tertia parte in victum quotidia-
num. Hæc est, quæ præuenire
studuit euangelicum illud, ac
saluberrimum saluatoris consi-
lium Luc. 18. *Omnia quæcumque
habes vende, & da pauperibus,* ^{Luc.}
habe-

Anotaciones in Euangelium

habebis t̄besaurum in cœlo: vendi-
dit enim vniuersa, quæ habuit
modo supradicto; quo factū est
vt quēadmodū Tobias eleemo-
finis, ceterisq; misericordiæ ope-
ribus ab Angelo Deo oblatis, nō
solum vilum recepit, verū etiā
filium cum maxima substantia,
& copiosa re familiari saluū, &
incolumen vidit: ita etiam bea-
tiassima Anna post quā per vi-
ginti annos se se totam oratio-
nibus pauperibusq; alendis tra-
didisset, tandem pius, & miseri-
cors Dñs, pijs operibus satisfa-
cere volens, finūq; simul miseri-
cordiæ ingenus humanū ape-
riēs, è cœlo misit Angelū, vt An-
na, eiusq; viro Ioachimo con-
ceptionē filię nūntiaret, in cuius
vtero tanquā in agro cœlesti re-
condendus erat, & absconden-
dus pretiosissimus ille thesaurus
qui in mundi pretiū erat à Deo
Patre mittendus; beatissimā di-
co Deigenitricem, quę parenti-
bus divinitus data est, tanquam
pretiosissimus ager in quo ab-
conderetur filius Dei Domi-
nus noster Christus Iesus An-
gelorum, hominumq; thesau-
rus.

Quid nō oratio seruens assi-
dua obtinebit, cū Annam matrē

Deigenitricis Mariæ, eandē ora-
tionibus impetrasse videamus?
nec potuit nō impetrare, quod
voluit, fēmina illa, quæ memor
illias propheticī consiliij, expecta-
Dñm, viriliter age, confortetur cor
tuū, & sustine Dñm: sciebat quā
oporteret semper orare, & non
deficere, deficiet quidē, qui nō
gustauit quā suavis est Dñs: quę
autem gustauit, & vidit quoniā
bona est negotiatio eius, vt dici-
tur Proverb. 3 1, deficere nequa-
quam potuit, quoniā non extin-
guetur in nocte lucērna eius,
hoc est verbū Dei, iuxta illud
Psal. 118. *Lucerna pedibus meis*
Verbū tuū, & lumen semitis meis.
Sciebat etiā fēmina hæc sanctissima,
scriptum esse Ecclesiastici
18. *Non impediaris orare semper,*
*& ne veteris vſq; ad mortem iustifi-
ficari; ideoq; neq; multorū im-
probitate exprobantium sibi,*
*quod prole priuaretur, nec tem-
poris diuturnitate impediri vñ-
quam potuit ne semper oraret;*
nec prohiberi quominus iuxta
*præceptum Domini vſq; ad mor-
tem iustificaretur.*

In 3. Regū. cap. 18. legitur;
Elias ascendisse in monte Car-
meli oratus Deū vt pluviā
mitteret, homines enim, & iu-
menta

mēta peribant. Dixit autē Elias ad puerū suū. *Ascende, & propice contra mare; qui cū ascēdissēt, & contemplatus esset, ait non est quidquā, reuertere, inquit, septē vi- cibuss, in septima autē vice, Ecce, nubecula parua quasi vestigium ho- minis; ex qua facta est pluuiia grā- dis.* Prophetæ, sancti q; patres ve- teris testamenti nō cessabāt ce- lestē illam pluviā postulare, qua Deus arescentem mundū latifi- candū promise rat, *Rorate cœli de super, dix erat Esaias, & nubes pluant iustū.* Nubecula verò par- ua ex qua, & in qua pluia hæc celestis erat generāda, immacu- lata illa est, & intemerata Virgo Deigenitrix Maria, quam bea- tissima Mater eius Anna à Deo, assidua, & feruenti oratione impetravit. Neque immerito Mariam Virginem nubem di- xerim, cuius caro Sanctissima velut Cœlestis nubes, diuinæ Maiestatis radium, vt ab homi- bus videri posset, temperauit: de illa enim B. Augustinus in- telligit illud Esaiæ capite 19. de Christo vaticinum. *Ecce Da- minus ascender super nubem le- uem. Nube, inquit, tegitur car- ni non, vt obscureatur Sol, sed ut temperetur radix.* Quo co-

dem sensu interpretatur Esaiæ locum Euseb. libro primo De- monstr. Euāngel. Diuus etiam Amb. Ambrosius sermone 5. in Psal- mūm 118. illa, inquit, columnā nubis, specie quidem præcedebat filios Israel, mysterio autem signi- ficabat Dominum Iesum in nube denturum leui sicut dixit Esaias, hoc est, in Virgine Maria, quæ nu- bes erat secundum hæreditatem Euæ, leuis erat secundum Virginiti- tatis integritatē. Leuis erat, quæ nō homini quærebat placere, sed Do- mino. Leuis erat, quæ non in ini- quitate conceperat, sed spiritu super-ueniente generauerat. Idem Am- brosius in exhortatione ad vir- gines, hic est, inquit, qui venit in nube, leui sicut dixit Propheta, sig- nificans, quod in Aegyptum, hoc est, in afflictionem istam mundi huius veniet per Mariam Virginē. Nu- bem itaque Mariam dixit, quia carnem gerebat, leuem quia Virgo erat nullis oneribus grauata con- iugij. Et Paulo post. esiore nubes, sed leues. Eritis profecto, si able- net Virginitas onera conditionis, & tenebras huius limosæ carnis illuminet &c. Hanc igitur nu- bem leuem Virginem Mariam, genitrix eius Anna à Deo af- fiduis precibus obtinuit, vt per cam

Annotationes in Euangelium

eam arescenti iam mūdo mise- Christum Dominum nostrum
ricors Dominus cœlestem ro- gratiæ fontem, & gloriæ largi-
rem germinare, hoc est Iesum torem.

¶ Pro die festo beati Laurentij Martyris. ¶

ANNOTATIONES IN EVANGELIVM Ioannis.cap.12.

Qui odit animam suam in hoc mūdo, in vitam aeternam custodit eam.

I. **M**ultæ à sanctis Doctoribus enumerantur cau-
sæ, & rationes, ob quas oporteat sanctos in præsenti vita laboribus exerceri, quemadmo-
dum videre est apud Chrysostomū homilia prima ad popu-
lum Antiochenū. Inter eas ve-
ro illa mihi videtur esse præci-
pua, videlicet ut de resurrectio-
ne, & æterna vita cogitemus,
quam se diligentibus, & pro a-
more ipsius patientibus, Domi-
nus præparauit. Dū enim Deus
electos suos in hac vita affligi
patitur, plane significat expectā-
dam esse alteram in qua digna-
eorum laboribus præmia tribu-
antur. i.ad Cor. 15, si in hac vi-

tatantum in Christo sperantes su-
mus, miserabiliores sumus omnib;
hominibus. Et paulo post. Si secū-
dū hominē ad bestias pugnauit Ephē-
si, quid mihi prodest, si mortui non
resurgunt? In hunc sensum in-
terpretatur Diuus Chrysosto-
mus illud ad Romanos. 5. Tribu-
latio patientiæ operatur, patientis
vero probationē, probatio autē spē,
id est resurrectionis. Saluator
igitur noster ne aliquis in tribu-
latione deficiat, exhortatur om-
nes spe futurę resurrectionis, &
vitæ æternæ cum ait, qui odit
animam suam in hoc mundo, in vi-
tam æternam custodit eam. Alias
enim, vt ait Apostolus, miserabi-
liores sumus omnibus alijs homi-
nibus

nibus: illi enim cum futuram vitam nō sp̄ereūt, pr̄sentem diligentes, ducunt in bonis di- es suos nescientes, quod in pun- cto ad infernum descendēt; nos autem, qui in hoc mundo pr̄cipimur animam odiſſe, nisi es- set alia vita æterna & beata, quā in pr̄mium pr̄sentis tribula- tionis speramus, deterioris pro- fecto essemus cōditionis, quip- pe quibus nihil boni, neque in pr̄senti, neque in futuro esset sperandum. Verum cum Do- minus dicat, *in vitam æternam custodit eam, fœlices*, vt ait Au- gustinus, *qui oderunt animam suā custodiendo, ne perderent aman- do: est enim hominis in animam suam amor, ut pereat, odium ne pereat: si male amaueris, tunc odi- sti, si bene oderis, tunc amasti.*

Quām verò sit odio digna- vita pr̄sens testatus èst Orige- nes, qui in ea fuit sententia, vt putauerit (falsò tamen) poenarum luendarum causa homi- nes fuſſe natos: Existimauit enim omnes spiriuales Crea- turas à principio fuſſe creatas, & secundum quod plus, vel minus ad hæserunt Deo, vel di- uerterunt ab ipso per liberta- tem arbitrij sui, factam esse di-

ſtinctionem inter Angelos, & etiam animas; quem errorem Augustinus. 22. de Ciuitate Dei tribuit Platonī. idem putauit Cicero, qui in Hortensio sic, Cicc: ait. *Tot sunt vitæ ærumnæ, ut re- cētè antiqui vates sensisse videan- tur, ob aliqua scelera in vita supe-riori admissa, pœnarum luendarum causa homines fuſſe natos.* Quan- uis autem omnes isti allucinati fint, non tamen ille, qui dixit duo esse in vita hominum om- nino inseparabilia, nempe vi- uere, & dolere. Id quod Sa- muel sensisse viſus est, & ti- muſſe cum suscitatus à Phito- nissa primo Regum 28. Con- 1. Re: querebatur, dicens. *Quare in- quietasti me? Quia etiā ratione forte Dominus Iesus Lazarum resuscitatus fleuisse dicitur, Io. 11 videlicet, quia amicum, qui iam a laboribus suis requieuerat, iterum vitæ ærumnis implica- ri oportebat.* Vnde cum Do- minus Deus Adam eiecit, è Pa- radiso terrestri, ne forte sume- ret de ligno vitæ, viueretque in æternum, non tam supplicium fuit, quam beneficium: tal fico a vida depois da culpa que foy merce de Deos não ser æterna. Si enim in æternum viueret, cū

Annotations in Euangelium

viuere, & dolere inseparabilia
sint, in eternum etiam doloreret,
tuncque vere esset supplicium,
quodmodo reputandum est pro
3. beneficio.

Ex iis vero iam vides in san-
tos merito posse appellari eos,
qui in praesenti vita tot tantisque
plena miserijs, & æruminis, re-
quiem se inuenturos esse arbi-
trantur, cum apostolus ad He-
Heb. bræos cap. 4. gloriam futuram
¶ sabbatismum appelleat, praesen-
tem vero vitam, sex illis diebus
similem dicat, quibus Deus di-
citur mundum fabricasse; iam ve-
ro Deus non dicitur requieuisse
nisi septimo die, per quem fa-
tura gloria significatur, in qua
solum sancti requiescent à labo-
ribus suis. Audiamus ergo quid-
dixerit Paulus, itaque relinquitur
sabbatismus populo Dei, qui enim
ingressus est in requiem eius (id est
Dei) etiam ipse requieuit ab operi-
bus suis (hoc est à laboribus hu-
ius vitae) sicut à suis Deus. Qua-
de re videndus est Origines,
Orig. homilia vigesima tertia super
Numerum, qui etiam homilia
super Psalmum 36. addit simi-
litudinem ductam à filiis Israel
colligentibus manna. Sicut in
deserto, inquit, sex diebus colli-

gebant manna, in sexto autem die
non unius diei victum, sed quantū
sufficeret in crastinum, colligebat:
¶ unusquisque comedebat in die
Sabbati, quæ collegerat in die sexta:
ita etiam nunc velut sexta quædam
dies putandus est Domini nostri ad
uentus, & tempus; atque idcirco
dum sumus in die sexta, colliga-
mus manna dupliciter, ut sufficere
nobis possit dum aduenierit vera sabbati
observatio. &c. Quo etiā my-
sterio tempus praesens appellatur
dies mercenarij Iob. c. 7. Mi-
litia, inquit, est vita hominis su-
per terram, & sicut mercenarij dies
eius: sicut seruus desiderat umbrā,
& sicut mercenarius præstolatur
finem operis sui: Sic & ego habui
mensa vacuos, & noctes laborio-
sas enumeraui mihi. Cuius si-
militudinis rationem affert D.
Gregorius, libro octavo Mora-
lium capite scptimo. Seruum, in-
quit, desiderare umbram, est post
tentationis aestum, sudoremque ope-
ris, æterni refrigerij requiem que-
rere: quam umbram desiderabat
seruus ille, qui dicebat; finuit ani-
ma mea ad Deum fortē viuum:
quando veniam, & apparebo ante
faciem Dei? & quasi à labore agri
aestum refugiens, & ad obtinendā
requiem umbraculum quarens sit-
rum

rum dicit, *Ingrediar locum tabernaculi admirabilis usque ad dominum Dei.* &c. Affert idem Sanctus Doctor huius rei secundam rationem in hunc modū. Mercenarius cum facienda opera conspicit, mentem protinus ex longinquitate, & pondere laboris addicit: *Cum vero laceſſe nitem animū ad considerandum operis præmium revocat, mox vigorem animi ad exercitium laboris reformat, & quod graue perpendit ex opere, leue aſtimat ex remuneratione:* Sic electi dum mundi huius aduersa patiuntur, grauia esse, quibus exercentur pensant, sed cum mentis oculum ad æternæ Patriæ considerationem tendunt, ex comparatione præmij, quam sit leue, quoā patiuntur inueniunt. &cæt. Id circa Christus Dominus, ne cuiquam videatur graue animam odiſſe in hoc mundo, vitæ beatæ, atque æternæ præmium ostendens addit, *in vitam æternam custodit eam.*

Notandi sunt autem termini, quibus Christus Iesus utitur cū docet vnum quemque debere semetipsum abnegare in praesenti vita, vt futuram, & æternam consequi mereatur. *Qui odit, inquit, animam suam.* &c;

Scimus quidem quod, qui aliquem odio habet, nihil non sinistrum de illo concipit; Unde nec eum alloqui, nec aspicere, nec audire, nisi invitus, valet. Hac igitur ratione, animique execratione unusquisque se debet exhibere, erga animam, seu vitam suam animalē, ut etiam consequatur æternam; Sic eam odiſſe oportet, ne perdat: qui enim amat animam suam perdet eam. Unde non sine mysterio Dominus se ipsum iuxta expositionē Augustini, granofrumenti cō- Ioaq. paravit, in terram cadenti, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert: Neque enim agricola vñquam putavit se amississe triticum, quod misit in terram, quin potius illud sperat fore, vt suo tempore colligat multiplicatū: neque odiſſe illud dicitur, sed amare cum falcem denticulatā mittit in segetem; cum boum pedibus conculcatur, trituratio nisq; pondere premitur; Non hoc odiſſe dicitur, sed amare; quare nō incōgruē iustusquisq; potest aceruus tritici appellari.

Annotationes in Euangelium

ri iuxta illud, quod dixit Eli-
phaz amicus Iob. capite 5. ve-
nies, si iustus fueris, in Sepulchrū
vt seges matura suo tempore de-
messa, & vt manipulus areæ in
tempore collectus; vel vt nos ha-
mus, ingredieris in abundantia
Sepulchrum, sicut infertur aceruus
tritici in tempore suo. Vbi nota-
dum est virum iustum appellari
aceruum tritici, quia post la-
borum trituram plenus dierum
in Dei horreum cōgregabitur,
quemadmodum dicitur Marth.

3. id quod Beatus Gregorius
lib. 6. moral. capite 19. Elegan-
ter expēdit, cum sic ait. Rechte di-
citur, sicut infertur aceruus tritici
in tempore suo : frumentum enim
in segete, solet angitum, ventis co-
cutitur, atque ad aream deductum
triturationis pondere premitur, vt
a palearum connexione soluatur.
Denique relictis paleis ad horreū
ducitur. Sic anima iusti in hac vi-
ta a superno lumine illustratur, ren-
tationibus exercetur Cœlesti disci-
plina supposita, dum correctionis
flagella percipit, a societate carna-
lium mundior recedit ; & relictis
paleis ad horreum ducitur, quia fo-
ris remanētibus erroribus, ad super-
nae mansionis gaudia æterna suble-
matur: dum enim post afflictionem,

iusti præmia patriæ Cœlestis inue-
niunt, quasi post presuras ad hor-
reum grana deferuntur. Hæc Gre-
gorius. ex quibus apparet Chri-
sti martyres aceruū tritici me-
rito appellari, quippe qui perle-
cutorum sævitia attriti, digni
redduntur, qui in mensa Eccle-
siæ, cæteris Christi fidelibus
per imitationem, edendi ap-
ponātur. Vnde & martyr Ignatius
cum iam damnatus esset ad
bestias, ardoreq; patiendi rugi-
entes audiret leones, frumentū,
inquit, Christi sum, dentibus be-
stiarum molar, vt panis mundus
inueniar.

Verum Beatus Laurentius
Christi etiam panis esse cupi-
ens, non solum cruciatibus
moli sicut & cæteri martyres,
sed igne etiam coqui voluit,
vt panis mundior inueniretur:
Sibi enim tantum crudus esse
voluit, cæteris verò coctum,
& assatum se exhibet mandu-
candum; Vnde Tyranno ait,
Assatum est iam, versa, & man-
dca. Quam obrem Rupertus R.
Laurentiū appellavit vnum de
magnis illis piscibus centū quin
quaginta tribus, quos Apostoli lib.
iubente Domino, prendiderūt; id
quod in maximam eius glo-
riam

riam cedit: cum enim piscibus illis significetur multitudo omnium Christi fidelium, qui Apostolica prædicatione erant capendi. *Vnus, inquit, de magnis ipsis piscibus, piscis magnus fuit.* &c. Vere etenim magnus, cui maximus Pontifex cum ad supplgium raperetur, maiorem prædixit de tyranno triumphum. *Nos, inquit, quasi senes, leuioris pugnae cursum recipimus, te autem quasi iuuenem manet glorio-sior de tyranno triumphus.* Verè magnus, qui magnatormentorum suorum incendia superauit. Magnus, qui magnam tyranni tabiem, maiori potentia vicit: magnus denique, qui magnum Christi consilium secutus, elegit animam suam odiisse in hoc mundo, ut in vitam æternam custodiret.

Notandum est autem anima hominis thesauro, corpus vero vase fictili ab Apostolo comparari 2. ad Cor. 4. *Habemus, inquit, thesaurum in vasis fictilibus,* *vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis.* &c. Laurentius ut thesaurum suum, hoc est animam, seu virtutes eius custodi-ret, vas luteum voluit igni probari, quemadmodum dicitur

Ecclesiastici. 27. *Vasa, figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis:* neq; enim aliter vas figurati humano usque apta esse possunt, immo facile dissipantur. Vbi docemur nullo modo posse nos firmos, stabilesque in virtute existimari, neque thesaurum virtutis absconditum in luteis vasibus posse diu custodiri, nisi eadem vasalutea, aliqua tribulatione durentur. Quo sensu intelligendum est id, quod ait Angelus Tobiae, *quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te;* nemirum ut virtus patientiae tuæ, tanquam thesaurus in vase fictili seruaretur: tunc enim idem Apostolus de patientis hominis virtute, tribulationis igne iam probata cōfidens, eum hortatur, ut securus se se in confertiissimas quorum cunque laborum acies inferat. *per patientiam, inquit, curramus ad propositum nobis certamen.* Ad Hebr. 12. Hoc est, armati patientia, nullam hostium impressionem formidemus, sed in media persecutionum omnium certamina irruamus. De qua armorum inviolabili fortitudine videtur Propheta locutus in Psalm. 17. Cum sic ait.

Annotationes in Euangelium

Præcinxisti me virtute ad bellum,
Et supplasti insurgentes in me
subitus me. Hoc ergo sensu acci-
piendū videtur, id quod Christus Dominus, ait, qui odit animam suā in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Quasi di-
ceret, thesaurus est abconditus in vasis fictilibus, quæ oportet tribulationis igne decoqui, ut thesaurus possit custodiri; qua quidem doctrina edoctus inclitus Martyr Laurentius, tormētorum suorum incendia studuit superare, ut animæ thesaurum in corporis vase inclusum, non perderet custodiendo, sed, iuxta Bernardi sententiam, perdēdo custodire: sic enim ipse in sermone 30. in Cantic. Exponit sententiam Salvatoris Ioan-
Ex Au
gust.
tract.
Si in
Ioan.
Bern.
12. Qui ama animā suam perdet eam. Perdet eam, inquit, siue ponde-
do, ut Martyr, siue affligendo, ut pœnitens; quamquam genus Martyrij est. spiritu facta carnis mortificare, illo nimurum, quo membra cœduntur ferro, horrore quidē mertiū, sed diuturnitate molestius. Ita que vult Bernardus animā hic accipiendam esse ambiguè; in priori quidem loco pro anima, in posteriori pro ipsa vita corporali. Nō aliter quam apud Mat-
thæum cap. 6. Cum Dominus ait, qui voluerit animā suā saluā facere, perdet eam. Vbi etiam anima ambiguae accipiēda est, quasi dictum sit, qui voluerit animā suam, id est, vitam corporis, saluam facere, perdet eam, hoc est, vitam animæ. Id quod, ut notauit recentior quidam sæpe fieri solet in similibus vocabulis ambiguis, non solum sine vi-
tio, sed cū elegantia, & emphasi:
Simili enim ambiguitate usus est Christus Dominus Matth. cap. 8. Cum dixit, sine mortuos sepelire mortuos suos. Vbi primo loco per mortuos, intelligit omnes peccatores, qui nō de Christo, sed de huius mundi rebus cogitant. Ita Diuus Augustinus lib. 4. de Trinitate. In quo sen-
su ait Apostolus ad Epheseos 2.
Et vos coniuicauit cum essetis Th
mortui delictis, Et peccatis vestris in quibus aliquando ambulastis.
Et ad Epheseos 5. Surge, qui dor-
mis, Et exurge à mortuis, Illumi-
nabit te Christus. Et 1. ad Thess.
5. Nam, quæ in delicijs est, vivens mortua est. In posteriori vero loco, cum ait, mortuos suos, intelligit eos, qui vere mortui sunt; quo sensu dixit Abraham Gen. 22. Date mihi ius sepulchri 100-

Dobiscum, ut sepeliam mortuum meum.

Igitur B. Laurentius pluris faciens animæ salutem, quam corporis vitam, ut illam lucri ficeret, hanc perdere non recusauit, memor Saluatoris sentiebat, qua dicit, qui amat animam suam perdet eam. Quantum vero Sanctus martyr sua nobis passione proficiat ad salutem, docuit B. Augustinus sermone I. de Sancto Laurentio, ubi inter cetera sic ait. *Quis nolit ad horam Viri Laurentij igne, ut aeternum gehennæ non patiatur incendium?* beatus igitur Laurenti exemplo prouocat-

nur ad martyrium, & accendimur ad fidem, incalescimus ad denotionem: & si persecutoris nobis flama de est, fidei tamen flama non de est: ardemus quidem corpore pro Christo, sed ardemus affectu. Non subiicit mihi persecutor igne, sed subiicit mihi desiderium Salvatoris. &c. Desiderium autem pro martyrio computari, docuimus supra in Annotationibus in Evangelium pro die festo Beati Antonij Olyssiponensis pagina 179. num. 7. Quod quomodo intelligendum sit, ibidem ostendimus ex D. Tho. 22. q. I 24. ar. 4.

20 Pro Natiuitate B. Virginis Mariæ.

ANNOTATIONES IN EVANGELIVM

Ioannis. cap. I.

*Liber generationis Iesu Christi filij David,
filij Abraham.*

Nemo nescit necessarium esse ad aeternam salutem, ut credamus, & confiteamur quia Dominus noster Iesus Christus Dei filius, Deus, & homo est. Deus ex substantia Patris ante saecula genitus; homo autem ex substantia matris in saeculo natus.

quæ cūita sint, nō incōgrue hoc loco quæri potest, cur Euāgeliista Matth. solū de humana Christi generatione egerit, nullā de diuinitate ipsius faciēs mētionē? Quæstioni satisfieri potest ex D. Ambrofio in Commentarijs super Apocal. ad illa verba cap.

Annotationes in Euangelium

Amb.
Io. 5
Ps. 138
Ec. 4

7. Vidi alterum Angelum ascen-
dente ab ortu solis habentem sig-
num Dei viui. Vbi in ea est sen-
tentia, ut existimet Angelum
de quo hic loquitur Ioannes
fuisse Christum Dominum. Sig-
num autem Dei viui, inquit, est
Christi diuinitas: nam in carne po-
situs signum Dei viui habuit, quia
ea opera gessit, quae demonstrabant
eum esse Unicum Dei filium, sicut
ipse ait Ioan. cap. 5. Opera, quae ego
facio, ipsa testimonium perhibet de
me. Hæc Ambrosius. Ex quibus
constat Dominum nostrum Ie-
sus Christum quandiu in ter-
ris visus est, & cum hominibus
conuersatus, veluti librum
fuisse hominibus à Deo datum,
in quo eius diuinitas ab omni-
bus legeretur; ideoque dicitur
habere signū Dei viui, hoc est,
ut exponit Rupertus, verbis,
miraculisque palam fecit nobis
se esse verum, & naturalem fi-
lium Dei.

quitur dicens, in manibus meis
descripsi te. Qui quidem liber, si
benè inspiciatur, fuit apertus, &
extensus in Cruce, ut omnes
in eo maximarum virtutē exé-
pla per legerent, vimque illam
amoris, quo Deus mortales fuit
prosecutus, intelligerent.

Huc etiam pertinet Illud Esa
ix. 30. Erunt oculi tui videntes
præceptorem tuum. Quia enim
Christus, & præceptor simul
fuit, & liber, in se ipso tanquam
in libro dabat omnis probitatis
documenta: quiaverò satis erat
ad illum, vel tacentem respice-
re, idcirco dicitur, erant oculi tui
videntes, non autem erunt au-
restuæ audientes. Ad nostram
verò confusionem notandum
est id, quod sequitur. Et aures
tuæ audient verbum monentis post
tergum; in quo indicator, nec
tanta amoris signa satis fuisse
ad hominem moliendum, quoniam
potius negligisse, & terga de-
disse tanto præceptor, simulq;
significatur Summus Christi in
homines amor, qui à nobis de-
relictus, non cessat post tergū
sequi, illis Cantorum cap. 6. 6.
Verbis clamans, reuertere, reuer-
tere sunamitis, reuertere, reuertere,
ut intueamur te.

De

De eodem Christo veluti de libro in Cruce extenso, & aper-
to pleriq; intelligunt illud Abach. 2. *Scribe vi sum, & explana
enm super tabulas, ut percurrat,
qui legerit eum.* Vel, ut septua-
ginta transtulerunt, ut persequa-
tur, qui legit ea. Quo loco præci-
pit Deus Prophetæ ut scribat
librū maiusculis characteribus,
illumque in tabulis explicet, ut
qui legerit non hæreat, sed faci-
le percurrat Scripturam. Qui
liber super tabulas explicatus,
Christus est in Cruce extensus:
maiusculis literis conscriptus,
id est, quam maximis virtutum
exemplis, ut nemo in eis perle-
gendis possit hærere, sed si ve-
lit, facile lectionē persequatur,
& inde sibi viuēdi normam ac-
cipiat singularem: sicut conti-
gisse legimas Centurioni qui cū
videret Christum in Cruce tan-
quam librum extensem, sic fa-
cile lectionem est persecutus, ut
diceret; *terè filius Dei erat homo
iste.* Eandemque lectionē multi
ex astantibus persecuti sunt, de
quibus Lucæ. 23. dicitur quod
*revertabantur percutientes pectora
sua;* idem quoque latro didicit
cum exclamauit. *Domine mem-
to mei dum teneris in regnum tuū.*

Vnde enim didicit latro Chri-
stum crucifixum regem esse, si-
bique posse tūc misericordiam
impertiri? Vnde Dominū esse
illud, quem crucis supplicio dā-
natum viderat, nisi quia librum
legis extensem, & apertum, hoc
est Christum vidit in Cruce ex-
tendentem manus suas ad po-
pulum non credentem, sed cō-
tradicentem; imo mortem sibi
inferentē? vnde cum hæc om-
nia non obstant: quominus
ipse Christus Deum Patrē allo-
quutus diceret, *Pater ignoce illis,
quia nesciunt, quid faciunt,* ex
tam clarissimo virtutis exem-
plo filium Dei agnouit, & ideo
ait *Domine memento mei dum te-
neris in regnum tuū.*

4.

Prædictum verò sensum ver-
borum Prophetæ Abach. reddi
disse videtur Paraphrastes Cal-
daicus cum ita transtulit. *Scribe
Prophetiam, & explana eam in li-
bro legis, ut festinet ad sapientiam
assequendam quicunq; legerit in
ea.* Vbi per librum legis Chri-
stus accipiendus est, qui cum Pa-
tre loquens in Psalm. 39. ait. Et *Ps. 39*
legem tuam in medio cordis mei.
Eodem sensu exponi potest il-
lud Esaiæ 8. *Sume tibi librum grā-
dē, & scribe in eo stylo hominis.*

Ef. 8:
Vbi